





M

7

1597/1

11.



ASSERTIONES

DISPUTATIONIS NOVIS

SIMÆ, DE PVBLICIS IVDICIIS,
ex Tit. ult. Lib. 4. Inst. Imper. Concordantibusq;
alys I. Ciuil. T T. depromptæ,

Quas,

D. T. E. V. F. A.

Sub Præsidio

(CLARISS. ATQVE CONSULTISS. VIRI,

D. PAULI GRASECCII, V. I. D. & in Inçlyta Argento-
ratenſium Academia, Antecessoris ordinarij,

Excercitiij ergò discutiendas proponit,

IOANNES à KOETTERITZ,

Iunior, Marchiacus.

Accessit, Præfationis ergò, Cohortatio ad Con-
stantiam, in Iuris nauiter vrgendo studio, adhi-
bendam: ut & Gratiarum actio, ad Collegas.

Cic. 2. de Finib.

Disserentium inter se reprehensiones non sunt vitus
perandæ, maledictæ, contumeliæ, tùm iracundæ con-
rentiones, concertationesq;, in disputâdo, pertina-
ces, indignæ Philosophia videri solent.

ARGENTORATI.

EXCVDEBAT IODOCVS MARTINVS

ANNO M. D. XCVII.



Clariss. atq; humaniss. Viri, D. Samueli Rom,
Magistro Iurium Electoral. Brandeb.



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
ATQVE STRENVIS VIRIS, pietate, virtute,
doctrina, prudentia, rerumq; usu singulari, præ-
stantissimis,

DOMINO ADAMO,

Commendatori Licenti, Illustriss. ac Potentiss. P. ac
D. DOMINI IOANNIS GEORGII,
MARCHIONIS BRANDENBURGICI, &c. Sacri
R. I. Electoris & Archicamerarii, Consiliario intimo, fidissimo,
Hereditario in Papitz, &c.

&

DOMINO ALBERTO, in Bagaw, &c.

Reuerendissimo Illustissimoq; P. ac D. DOMI-
NO IOACHIMO FRIDERICO, Episcopatus Magde-
burgensis postulate Administratori, MARCHIO-
NI BRANDEBURGENSI, &c. à Cösilij,
Gentilibus A SCHLIEBEN,

DD. Affinibus ac fautoribus suis vnicè colendis,

Hanc, de PVBLICIS IVDICIIS, Disputationem
nouissimam, eiq; adiunctas orationes,

In Ocij literarij Symbolum,
Iucundæ memoriæ tesseram,
Observantiæ debitæ monumen,
Gratitudinisq; perpetuæ arrham,

Lubens, meritoq; dat, dicat, offert, consecrat
RESPONDENS, AVCTOR.

COHORTATIO AD CONSTAN-
TIAM, IN STUDIO IURIS, NAVITER
strenneq; urgendo, adhibendam, ad Collegas
instituta.



Vanquam permulta maxima, notatūq; dignissis-
ma, in amplissimo hoc mundi theatro, undiq; non
vestigia solū impressa, sed & testimonia expres-
sa, Collega optatissimi atq; ornatissimi,
deprehēdantur, ex quibus; non quasi per transfennā, in volucra,
& obscure, sed apertissimis rerum notis, uideri est; summam,
DEVM prepotentem, rerum humanarū curam gerere;
cumulus tamen ille, aceruus, ac lerna malorum, quibus indies
obijcitur; & mille pericula, quae, ceu Sisyphi saxū, continuo
uisu, assidue uersamus, faciunt; ut de providentia eiusdem
diuina nonnullorum in animis dubitationes exoriantur; eo-
rum cum primis, quibus, uti par est ac decet, curae maximē,
cordiq; unice, haec studia sūt. Etenim, ut labore molestissimo, de
singulis accuratius cogitādi, spontē supersedeam; uno mentis
intuitu uideri illi possunt; qui excitatissimis ingenijs, eruditi-
one solida, prudentia eximia, longoq; rerum usu firmata, prae-
stantes, maestri, sordidati, indignissimam, insigni sua gloria, subi-
erunt fortunam; & qui iura diuina humanaq; nefarie per-
turbantes, non modo lati atq; alacres per compita urbium, per
fora, per curias uolitarunt; uerū etiam uoluntarij, optimis
quibusq; extrema quaeq; intenterunt; de se nihil omnino timu-
erūt. Papiniano, qui omnes suae aetatis homines, & uita integritate,
& doctrina, & experientia singulari, longo post se inter-
uallo spatioq; reliquit, quid profuit uirtutis studium; quando-

quidem illud immortalitate dignum ingenium, illa uis, illa hu-
manitas, illa uirtus, subito, prater omnem spem, violentissimo
casu, iniquissimè occidit; eò quod Getham, à fratre Antonio
Bassiano Caracalla iniuste interemptum assereret. Nam, cum
innocentiæ atq; integritatis uir ille exemplum esset unicum:
nec eodem quisquam religiosius in Imperio uersatus; non modò
supplex Tyranno esse, sed et ornatius causam eius agere noluit,
quàm simplex ueritatis ratio ferret; facilius patrari, quàm
defendi parricidium posse, liberè ingenueq; asserens. O fallacem
hominum spem, o fragilem fortunam, o inanes nos & ras contens-
tiones, quæ in medio sæpè spatio franguntur & corruunt, antè
quoq; ipso in cursu, obruuntur, quàm portum, quò tendunt, con-
conspicere queant. Fuit nimirum pro illa uirtute insigni, præ-
clara raræq; animi magnitudine atq; cōstantia, ultricis ei ferri
subeūda crudelitas: aut, si qua forte à supplicij atrocitate eum
ratio vindicasset: eadē funestarū cædium spectatōrē esse coegis-
set; improborū hunc uexassent dominatus: admista innocentū
afflixisset strages; acerbam ac molestam alia uitam reddidis-
sent. Applausoribus contra illis Epicureis sponis Penelopes,
fruges consumere natis, quorum uitia ac flagitia uel meminisse
saltem, nedum proferre, animus horret, prospera, æquabilis,
ad uoluntatem fluens, perpetua, secundo uita, absq; ulla offen-
sione, cursu, fortuna obtigit: ut inter plausus a secularum conse-
nuerint: inexpugnabilis, & inclinatione quadam mentiū, pro-
nus eos fauor, etiam ad extremum uitæ halitum, secutus sit. Sed
quid ex terra ego, longèq; remota commemoro, cum presentibus,
propè spirantibus, uti liceat? Eundem planè, si non deteriorè,
in locum, & iam rem esse deductam uidemus: quò tandem cunq;
oculorū nostrorum aciem conuertimus: ut permulti adeò studis-
orum horum cultores, non solum miserrima & indignissima cū
uite

uita conditione assidue confluentur; sed & ingentibus periculis,
odioq; omnium atrocissimo, exponantur; perferant audacissimos
rum ignominiosas iniurias; tolerant conscleratorum nefariam
contumeliam; sustineant perditissimorum insolentem audaciam;
subeant potentiorum uehementem furorem; nihilq; aut mali,
aut miseriarum, reperiatur; quod imperita illis vulgi multitudo
non minetur ac intentet. Quae unquam Charybdis tantos
haurire gurgites, quae Scylla tantas deuorare exundationes pos-
tuit, quantas hoc peruerso, prope conclamato, seculo, miseras,
difficultates, molestias hi exorbere coguntur? Perditi interim om-
nibus laeticijs incedunt; secundis suis gaudent & exultant suc-
cessibus; miseros hos ex alto despiciunt; vix quinta, quod aiunt,
Classis iudicant; omnium deniq; ludibrijs propinant; se paras-
sangis multis meliores aestimant. Vnde euenit id, quod maxime de-
plorandum; ut Iuris hoc studium omnino, sensim pedetentimq; de uigore
illo suo natiuo apud plerosq; remittat; exulet Iustitia; Aequitas
algeat; ius uilescat; in uita fortunarumq; discrimen ac periculum
optimi & iustissimi quicq; conijciantur; e a qua ante oculos, interq;
manus, sunt omnia nostras. Quamuis autem perquam, & difficile,
& laboriosum, imo uero penes desperatum sit; aduersus sinistra illa
vulgi iudicia; praesentisq; temporis mores, quo, fato nescio quo, in-
peius, retroq; sublapsa, feruntur omnia hisce praepeditas mentes
instruere; ne, aut periculorum magnitudine, uanarumq; miseriarum
metu, preterrita studia haec abijciant: animum despondeant: aut
falsis opinionum tricis, uim plerumq; ueritati inferentibus, irretiti,
a regia uia, rectaq; semita, ad deuia abripiantur: prauisq; iudi-
ijs temere applaudant: attamen, in his uel rerum asperitatibus, uel
anustijs temporum, nostris obsequi studijs, apud animum con-
stitui meum: & hoc anno uertente die, haec, quae non semel iam
dixi, studia, e contemptu, & intolerabili inerudita multitudinis

nis insolentia vindicare, in integrum, pro virili, restituta, sar-
ta deinceps tecta q̄, asseruare, sedulo allaborare decreui. Ho-
minum enim istorum nefariorum, maleq̄ feriatorum furor,
quem iam dudum in bonos omnes conceperunt, non socordes, igo-
na vos, remissos, abiectos nos reddat, sed diligentiam addat, oportet;
neq̄ solum ut quieto, sed & magno confirmatoq̄, simus ani-
mo, hortetur; cum præsertim causæ, jam nū proponenda, non aus-
xilium modo quoddam promittat, afferat necessitatem, sed &
attentionem quasi quandam polliceri videatur. Quamobrem,
attentis aduertite animis Collega: & timorem, si quem animis
concepistis, deponite. Nam, si quæ unquam de rebus bonis,
utilibus, necessarijs, iucūdis, audiendi uobis occasio oblata; da-
tus locus est; ubi animos vestros erga studia hæc, id quod vultu
sepè & verbis significastis, re & facto ipso declaratis; nunc pro-
fecto eam potestatem omnem habetis: ut nimirum statuatis;
vtrum iam ab ijs, quibus semper hæctenus dediti addictiq̄,
fuiſtis studijs, tenui, rumoris leuissimi, abduci aura, an per diti-
rum desperatorumq̄, irritis conatibus posthabitis, aliquantò
maiorē in ijs recolendis curam industriamq̄, adhibere, nec ab
ijs, quæ favēdo hucusq̄, faciles uos detinuerūt, in vidēdo ab alie-
nari desciscereq̄, velit. Quamquam in hac parte, Collega,
non diutius aures vestras obtundam; rebus paulò altius repeti-
tis, & ad certas quasi normas reuocatis; nec ob huiusce causæ de-
fensionē atq̄ patrociniū, studio abutar vestro; nisi ad oculos
lum, ne utiquam ea hisce in angustijs deserenda esse, demon-
stra vero; nec auctor sum futurus; ut omnibus alijs, ob fructus
vberrimos, ea anteponatis; nec postulaturus; ut, licet inanis
labor visus fuerit, nihilominus tamen omni cōtentione ea per-
sequi laboretis: sed, si utilitates eorundē innumere, maximēq̄,
insignes, luce, quod aiunt, meridiana, clariores fuerint, tum de-
niq̄.

niq; vos obsecrabo atq; obtestabor; si grave non erit, hoc saltem
mibi detis; ab improborum ea; liberè in libertatem audacia
vt asseram. Et, quoniam mentione miram Fortunæ varietatē
attigi, non vagabitur oratio mea longius, sed ea ferè ipsa defi-
netur. Primo quidem contra vim illā Caluminiæ nocentissimā,
quæ bonos plerumq; viros exercere atq; evertere, ingentem, hu-
mana in vita, efficere vastitatem consuevit, repetitis ex om-
ni memoria exemplis,aget. Causas deindè & rationes, quæ DEO
VM OPT. MAX. inducant, vt bonis malè, malis benè,
hac esse in vita velit, commemorabit. Expressum post eius
mandatum, quo hæc rocolere studia iubet, amplissimis cum pro-
missionibus coniunctū, ob oculos ponet. Tūm utilitatē eorundē
insignem, singularem præstantiam, necessitatē extremam, iucū-
damq; delectationem, explanabit. Malesana, ad extremum,
quorundam iudicia refellet; ad assiduam, stabilem, perpetuāq;
constantiam hortabitur; illud conabitur assequi & efficere; v-
bis, ceu antidotis præsentissimis muniti, erecto excelsoq; animo
quos vis aduersus casus ferre, mandato munere fideliter fungi,
Deoq; flere, vnicè discamus. Ac ea quidem in re, si, quantum
in agro locisq; desertis improborum potest audacia; tantum in
foro ac iudicijs hæc eadem impudica impudentia valeret; horū
& impudentiæ, & audaciæ, omninò cedendū esse, necessariò ar-
bitraremur. Adeò enim commune peruulgatumq; Calumnia
est vitium; ut summos quosq; & optimos viros, nullo eorundem
merito, mirè exerceat, vexet, laceret; dum, uti præclare Lucio
anus scribit, delatione, plus quā Vatiniano omentita odio, clās-
culū reo accusato, fideq; temerè habita, intenta crimina refelo-
lendi facultate omni præcisa, integræ vitæ quosuis, pessundare
non erubescit. Hanc profectò rationē Calumniæ præposteram,
Appelles, pingēdi ille gloria excellēs artifex, viuis quasi adūs
bratam

bratam coloribus, ad uiuum graphicè admodum expressit. Con-
sidet ad dexteram quis, auribus patulis ac praelongis, Mide
illis haud absimilibus, insignis: procul aduentanti manum Cas-
lumnia porrigit; mulierculæ stipant eum duæ: Ignorantia, scili-
cet, ac Suspicio. Adit aliundè, festino celeriq; gradu, Calumina;
exquisite compta; vultu ipso, gestu, ac habitu corporis, efferam
quandam rabiem, & cumulatam ira animum, præ se ferens:
sinistra facem quassans flammiumam; dextra secum adoles-
centem, capillis prehensum, Deorumq; inclamantem fidem, ob-
torto collo, rapit. Antè pallidus ut vir, specie impurus, annis
pannisq; obsitus: oculorum tamen acie minimè hebiti præditus:
ceterū planè ijs similis, qui solito aliquo morbo cõtabuerūt; vn-
dè, Liuorè esse, facile conicias. Quin & mulierculæ aliquot
Calumina, ceu pedisequæ adiunctæ sunt: quarū munus est, Dos-
minam hortari, instruere, comere: Insidias putant esse, ac Falla-
ciã. A tergo demum, lugubri habitu, pullata, lacerataq; Pœni-
tentia subsequitur: quæ, capite in tergum reflexo, cum lacrymis
ac pudore procul venientem Veritatē excipit. Hac imagine, pi-
etor ille, omnium propè eruditorum monumētis nobilitatus, casus
suos ludit: simul etiam ostendere voluit: quanta in ipso vitio
immanitas sit: cum in describēdo delineandq;, tanta verborum
atrocitate, personarumq; opus truculentia sit. Neq; id sanè imo-
merito: quandoquidē tantæ acerbitalis Calumina est: ut re-
cta & præclara assiduè insectetur: tantæ virulentia: ut ad ver-
sus Sycophantæ morsum, nullum prorsus remedium reperiat;
quippe, cum & non sentientem, paulatim serpendo, perdat: nec
tam elui facile, quàm inuri maculæ soleant: aut ita artificiosè
ac solerter curentur uulnera: vestigia aut cicatrices ut nō super-
sint. Quod, si tam sacris, quàm profanis, hoc uti in loco exemplis
vellè: quàm, DEVM immortalem, latus sese ad dicendū mihi
campus

pus offerret? Sed silentio inuoluantur Iosephus, Mephibosethus, Jeremias, Daniel, vel Doegus ille, quam evidens huiusce rei, illustreque argumentum suppeditat? Nonne Sycophanta ille sceleratissimus, confictis criminibus, tantam iræ vim, in Saulo, aduersus Abimelechum, excuscat: ut homini illi innocētissimo tragico prorsus conflagrandum casu sit: neque solum ei, sed & procreatis ex eodem, & Collegis sacerdotibus, octoginta viris: quibus, equidem, cum omnibus sui oppidi, & perudibus, & hominibus, antè Regis subeunda crudelitas est: quam, cur ad supplicium deposcantur, suspicari saltem possint? Ad Ethnicos iam si nos conuertamus, eosdemque, oculis quam maximè intentis, accuratius contemplemur: quot, & quanti viri, eiusdem oppressi Calumnie insidijs, astutisque, nobis occurrunt? Legimus, Palamedem, Græcorum omnium, quotquot ad Troiam militarunt, solertissimum, saxis obrutum: obruit Calumnia. Indignamur, Aristidem, virum verè bonum ac iustum, Athenis in exilium eiectum: eiecit Calumnia. Gauiter, molesteque ferimus, Socratis, etiam Apollinis Delphici oraculo, sapientissimi, iudicio iniquo exorptum esse sanguinem: eum exorbuit quoque Calumnia. Dolemus, querimurque, Scipionem Africanum, virtute, gloria, rebus gestis, omnium Romanorum facile Principem, eius urbis priuatum aspectu esse: quæ ipsius fortitudine, secundo bello Punico, inuicta steterat; priuauit Calumnia. Omnium denique summorum virorum casus, si antiquitatis evoluere monumenta voluerimus, vni acceptos Calumnie ferendos esse animaduertemus; hæc pestis, hæc & exilij, & exitij causa, ut plurimum, fuit. Sed, quid vetera conquirō: cum præsentia obuia ubique, in promptu, ac numerato sint. Quot enim, mundi hæc ingrauescentis senectæ, moderati & humani viri, optimè de omnibus meriti, reperiuntur; quos ita, quoad vixerunt, mendax illa, & calumnia

B

atrix

atrix exagitavit Sophistica; ut acerbam planè vitā reddiderit; mortem quoq; ipsam acceleraverit. Quin & cum alios à contumeliarum atrocitate, vltima illa rerū linea, mors beata, vindicet; tutum, ad versus Sycophantas, receptaculum præbeat; sancta tamen horum animæ, in gremio Seruatoris sui, ne nunc quidem quiescere possunt; sed immani scelere, virulentis convitijs, rabiose proscinduntur; Theoninis impiè dētibus roduntur; labores horū, omni prædicatione maiores, pedibus nefariè proceruntur; & quidē ab ijs, qui docēdo magistros, benefaciendo parētes, hosce aliquādo experti sunt; quibus, pro infinitis in se promeritis, nullis unquam animi grati memorijsq; officijs, nullo obseruantie cultu, dignam referre gratiam possent. Neq; nunc etiam, qui eorundem vestigijs, in asserenda propagandaq; veritate, insistūt, meliori vtūtur conditione aut mitiora experiūtur; vrget & exercet hos eadem, quæ cepit, fortuna: viriq; omnium probatissimi, doctrine senioris lumina & columina, contumelijs ac probris inauditis afficiuntur; mendacijs pessimè, in Aulis Principum, apud Equestrem ordinē, & imperitū vulgus, deformantur; odijs, potentum obijciuntur acerbissimis; infortunio omni mactantur; cum tamen re ipsa ad eos, non modò verū crimen nullū, sed ne ficta quidem suspicio, pertineat; nullius verè culpæ aut argui, aut etiā affines declarari, vel convinci queant. Sed, quorsum, dicat quis, hæc spectat tam longa, & tã altè repetita, oratio? Visū mihi est inde ostēdere, Collegæ; vt, cum tot, tatarūq; in vita calamitatū auctōr sola Calumniæ sit, oculis eam refugatis; auribus respuatis; animo aversemini; ipsa deniq; mali huius facta mentione, cohorrescatis: Thucydidis illud commendatum vobis vel maxime habeatis; quo sapienter, vt omnibus, monet; prudentium esse, calumnias neq; vllas dicere, neq; etiam audientes accipere. Et, quod veterum Ecclesiæ

Docto

Doctorem quidam scribit: viliū hominum esse: alios viles facere; & quia suo placere merito non possint, in comparatione malorum placere velle. Neutiquam ergo vos moueat: si male de vobis mali loquantur, Collega: praesertim, cum non ex animo id dicant, sed morbo; & insatiabili quodam calumniandi cacothē, non de vobis, sed de semetipsis, terciata verba, falsimonij multis referta, proferant. Quin imò potius probe rationes vos subduxisse vestras statuatis, si intra vestros uos continere fines, moderateq; ferre sciatis, quicquid in vita, uel iucundi, uel asperi, euenerit: cum maxime eximia etiam Fortune dona metu neutiquam careant, splendor illustris nusquam periculo vacet; tam alto, excelsoq; nihil sit inter homines collocatū loco: quod tutum, & extra omnem fortunae aleam positum; ideoq; mediocri vitae genere nihil praestabilius: ut, quod & assequi facile, & commode tueri possimus: ij felicissimi sint, quibus parca DEVS, quod satis est, manu dedit. Illud cordatorum, prudentum, constantium, excelsoq; esse hominum arbitrabimur: non idcirco in rebus angustiis & aduersis animum despondere; aut de providentia diuina spem ac fiduciam omnem abijcere; multò minus, querimonias aut indignationes de ea aliquas instituerē. Neq; enī, ut paucis rem complectar, ipsa rerum istud natura admittit: bona bonis aliquo modo ut nocēat; est, *DEVM OPT. MAX.* inter, ac optimos quosq; viros, amicitia, imò necessitudo arcta; similitudo haud leuis; virtutis aemulatione conciliata; adeò quidē, ut, ceu discipuli eiusdem, meritò ij ipsi habeantur; intelligatur, non abs re dictum, à Principe Philosophorum, Platone; homines ludos DEI esse; sed ita, ut tanquā parens magnificus, virtutum non lenis, sed severus exactor, durius aliquantò eosdem educet. Vndē quoq; mirum minimè; si bonos, Deo gratos, acceptosq; viros, premi, angi, cruciari laborare, sudare, algere,

B 2.

per

per arduum conscendere, malos contra lasciuire, voluptatibus
diffluere, frena libidinibus laxare, ad omnis generis scelera ac
flagitia, plenis, quod aiunt, velis, remisq; cōtendere, videamus: si
quidem filiorum illi & indigenarū delectantur modestia; hi ver
narum luxuriosa licentia gaudent: illi disciplina seuera tristiq;
in officio continentur: hi audacia aluntur; vt secundis ventis usi,
diuina quasi virgula, quæ habent in votis, cuncta consequi vi
deantur. Bonis verò viris, ecquid mali accidere potest? an con
traria ullo modo miscbuntur? an aduersarum rerum impetus,
illorum animos vertet, qui quadrati velut, in statu suo manent,
& quidcunq; tandem aura afflarint, quæcunq; se calamitates
obtulerint, fors ostēderit aduersa, suū hæc omnia in colorem tra
here, imò succum atq; sanguinem conuerture solent: non ita qui
dem, vt illa non sentiant, sed vincant. Quietæ alioquin & pla
cidi, contra incurrentia attolluntur ac insurgunt: non secus, atq;
croci plantam, priusquam in florem sese exerat, pedibus conculs
catam, renasci pulchrius, germinare felicius, videmus. Sunt
nimirum ad honesta erecti, laboris appetentes: amantes Iustit
iæ: ad quæuis officia, vel cum periculo obeunda, prompti, pa
rati, industrii, expediti: aduersa cuncta exercitationes suas pu
tant; ocium pœna loco reputant: non tam quid, sed quemad
modum quis ferat, referre existimant; marcere sine aduersario
virtutē statuunt. In mentem illud his venit: quod petitos capere
fructus nemo potest, ocio se qui dedit, labores aduersatur; ut nec
fronti cauens, fauos spoliet; nec rubos timens, veris fruatur odo
ribus: cū spina rosas armet: mella a pestegant. Cogitant & istud:
vt segetibus nimia vbertas nocet: onere sæpè rami franguntur:
sic & per inertiam saginata languescere: nec labore saltem,
sed & mole, adeoq; ipso sui onere, deficere: neq; ictum ullum egre
giè, illasam felicitatem perferre: cui nō assidua fuerit cum suis
incōmodis rixa: callū q. quēdā per iniurias non obduxerit. Su
bit.

bit & hoc: paterno prorsus animo, **DEVM** bonos viros amares:
damnis eisdem exagitare: & doloribus exercere: verum robur
ut colligant: Fortunam illis, cum qua congregiatur, calamitas
tes, quibus cū asidue conflentur, assignare: ut his exercitati,
dignum tandem ei spectaculū præbeant: vultū in se omnium con-
vertant. Quid, quod & hoc perpendūt: aspera illa & aduersa, ad
quæ animo horremus, corpore contremiscimus, ijs, quibus eue-
niunt, apprimè commodare: non aliter, atq; ferro & igne morbi
nonnulli curantur: fames & sitis quibusdam ad sanitatem con-
ducit: remedij causa ossa alijs radūtur: venæ ledūtur: membra
amputantur: quæ, sine totius pernitie corporis, ne simul & pars
sincera trahatur, diutius herere non possunt. Magnifica certè
Demetrii illa vox est: qua nihil ijs esse infelicius asserit: qui-
bus nihil unquā in vita aduersi euenit. Memoria, & Philippi
Macedonum Regis, dignissimum factum est: qui, cum vno
die, noua allata plura, secunda faustaq; essent, quod, equestri
cursu quadrigarum, Olympia vicisset, quod, Parmenione Duce,
Dardanos expugnasset, quod filium Alexandrum ei Olympia
peperisset, in sublime manibus tensis, at tu, inquit, Fortuna, pro-
tantis bonis, leui me malo affice. Etsi enim ex voto, vel etiam
antè votum, ad uoluntatem nonnullis cuncta fluant; tamen di-
gni hi minus reputātur: à quibus aliquando Fortuna vincatur:
quæ ignauissimos quosq; refugere, fortissimos, sibi pares, quibus
cū colluctetur, in quibus ignem, paupertatem, exilium, tormen-
ta, venenum, mortem experiatur, querere consuevit. In plebē,
atq; vilia ingenia, prospera deveniunt: calamitates ac terrores
mortalium sub iugum mittere, magnorum virorum est: magnū
exemplum, nisi mala Fortuna, non niuenit. Ac, cum nosse se-
metipsū in laude excimia, ut ignorare cōtra inuinitio, ponatur:
de hoc, certo omnino ut constet, experimentum aliquod, nec id vul-

B. 3.

gare,

gare, requiritur: quid quisq. possit, nisi tēdō, periculoq. factō, nō
didicit. Ad hęc auida periculi virtus est: quō tēdat, nō quid per
pessura sit, expendit: quoniam, & quod passura est, glorię par
tem reputat; calamitatem virtutis occasionem esse iudicat; in
miserorum illos numero habet; qui nimia felicitate torpescunt:
quos, velut in mari lento, tranquillitas iners detinet: ideoq. iter
sibi in occasionē, quā difficilior casus, ex quo enitescat, det, auidē
exquirat. Molles etiam illos, quibus indulgere nonnullis inter
dum DEVS videtur, venturis idem malis reseruat: etiam ad
hos diu felices, sua tandem aliquando portio deuenit: vtpotē,
qui non dimissi omninō, sed saltem dilati sunt. Quos verō vnice
idem diligit, eosdem, & ærumnis, & miserijs, exercet, ac indurat
haud secus, ac in castris, quę sunt periculosissima, Dux fortissi
mis quibusq. mandat & imperat. Illis præterea vsu venire vis
demus; vt, quicquid tandem aduersi acciderit, insolens & nouum
omne sit; his vulgare contra tritumq. eueniat; vbi certē, magis
sæua inexpertos urgent; graue admodum est, non assuetis cerui
cibus, iugū ferre. Laborant quippē hac in vita boni viri, & im
diuntur sæpē; sed volentes omninō; non trahūtur à Fortuna, sed
sequuntur illam; & æquo gradu, cognitum perspectumq. eius
aduentum si habuissent, etiam eandem antecessissent. Norunt
etenim; omnia, certa, & in æternū dicta, lege decurrere, fata nos
ducere atq. retrahere; primam iam nascentium horam disposuisse
se; quātū cuiq. supersit spacij: ex anthlādū laboris sit; priuata, si
mul & publica, longum rerum ordinem, prolixamq. seriem, tras
here; ideoq. magno & celso animo, cuncta perferunt ac toles
rant: humilis & inertis esse arbitrantur, tuta secare; per alta
virtutem, nec plano itinere, ire, sursum ac deorsum fluctuare, in
turbido nauigium regere, aduersus Fortunam nisu omni con
tēdere, persuasum omninō sibi habent. Ex his, quę delibare saltē
ac bre

ac breuiter strictimq; iudicare, non persequi latius, nunc placuit,
illud, uti spero, constat Collegæ; quasnam potissimum ob causas,
duriusculè interdum generosos DEVS spiritus tractet; virtutis
ijs documentum molle nunquam exhibeat; ut nihil omnino
sit, de quo conquerantur ij, quibus rectè placent; cum præsertim
satis idoneus, patientia eorundè sequester sit, utpotè, qui injuriæ,
penes se depositæ, ultor, damni, restitutor, doloris, medicus,
mortis, deniq; resuscitator certissimus existit. Fugiamus itaq;
molles aduersariorum delicias; eneruatam felicitatem vitemus;
qua animorum virtus marcescit atq; dehiscet; & nisi aliquid in-
terueniat; quod humanæ eos sortis admoneat, perpetua ebrietas
te, somno velut Epimenidæo, sopitos, securè utramvis in
aurem dormire facit; quò sanè nihil periculosum magis, deplorã-
dum, ac miserum est. Sunt quidem auro ij extrinsecus, argento,
& gemmis egregiè admodum adornati si tamen, non quâ occur-
runt, sed quâ latet, eos quis considerauerit; nil, præter falsa bona,
& inanes offendet animos: miseros eos, sordidos, & turpes experi-
etur; solidam & sinceram felicitatem, nusquam sentiet: crustam
saltem huius tenuem, accisam, fragilem, eosdem circumferre de-
prehendet: quam, si quid inciderit, quod detegat, disturbet, infrin-
gat, facile appareat; quantum feditatis, alienus splendor abscon-
derit. Bonis autem certa & diuturna obuenerunt bona; quæ,
quantò hi magis versarint: atq; vndiq; etiam inspexerint; tantò
meliora maioraq; esse animaduertunt: ut, quæ nõ extrinsecus
splendent ac fulgent; sed introrsus obuersa, latent: animis in-
erim eorundem, aduersus horrenda, dura, tristia quæq; abundè
satis obfirmatis, munitis, armatis: ita quidè, ut nulla si bi ui bona
excusi sua patiantur; mala in bonum conuertant; vi moueantur,
non perturbentur; premantur, non verò opprimantur. Iam autè,
cũ ad excusitãdos inflãmãdosq; vestros animos, nullius ponderis
momētĩq; plus obtinere auctoritas, quàm DEI OPT. MAX.
debeat.

etiam atq; etiam, quæso, vobiscum perpēdati: quāta cura, quan-
toq; studio, hæc nobis ab eodem studia commendentur. Subeant
Proverb. illa, quibus ipse Filius Dei, suo numine nutuq; L. L. conditores
S. 2. P. 2. iusta decernere, attestatur. In mentem illud veniat; quo Io-
rali. 19. sapharus, Receptantissimus, iudicibus a se constituis, se voris-
simè in mandatis dat; videant quid agant; cōsiderent, & etiam
atq; etiam, diligenter considerent; DEI, non hominis alicuius,
iudicium quod exerceant. Neq; leui molliq; illud brachio tras

Proculēt. Stetur: quod Cicero quodam in loco scribit: saniores quiq; com-
probant; cum iudici sententia ferenda, meminisse hunc oportet
re: se **DEVM**, adeo q; mentem suam, testem habere: qua nihil
homini a **DEO** datum diuinius. Hoc verò ipsum, cum in stu-
dio hoc, strenuè nauiterq; vrgendo, verè exequamur: (antè
iudicium enim paranda Iustitia; & antequam loquamur, discē-
dum; animas prius, post linguas erudiri, apprimè cum cōueniat;

In proæm **D.** **Imp.** Iustinianus ipse, alicubi apertè vt fatetur:) ecquis erit
tam demens? quis tam præceps? qui id, ob vanos, ventosos, le-
uiculosq; vulgi stolidi, rumores, abiiciendum esse retur? Et sanè,
si diuini muneris neglectio contemptū indicat: ἀχαριστία
repudiatio ostendit: impietatem arguit fastidium; hoc profectò
studium eiusmodi est; quod nec liberaliter institutus, nec in
DEVM gratus, nec pius, non magni facere, colore, venerariq;
debeat. In immensum utiq; hoc qui despicit, vagabitur; multis
multorum obnoxius incursionibus erit; in tenebris plus quàm
Cymmerijs versabitur: quo sanè, quid miserius, perniciosusq;
dici, cogitari vè queat, haud video. Incerta nimirum hinc inde
sede qui oberrant, hospitium certum nō habent: lubrica fluxaq;
fide uti solent; sunt miseri, aliorum ob incursiones, liberum spi-
ritum qui non ducunt; oculis orbati, ductore qui egent; pluri-
morum, ad commiserationem, animos excitant. Quidn̄ ergò
& mentis nos oculos aperimus; cauemusq; sedulo; ne & nobis in

la bys

in labyrintho hoc inextricabili, in quem præcipites multi cæ-
cutiendo ruunt, pereundum sit; nec committimus; ut bella horrẽs
da, ut atroces hominum furores, ut tristes Imperiorum muta-
tiones, impedimentum nobis aliquod iniiciant; sed veritatis pos-
tius ductu, vestigia pristina solliciti relegimus; ac tandem elu-
dati, seruitutis, plus quàm barbaricæ, jugum tristissimum, tus-
ti euadimus, aut excutimus; audacterq; ad auream libertatem
prouocamus? Quod si verò nondum ea satis cernitis; cum res ipsa
tot sacrarum paginarum signis, tamq; præclaris aliorum testis
monijs, luceat; vel studij huius fructus vberrimos penitus ali-
quãtò introspectite. Fingite animis, (liberæ enĩ sunt cogitationes
vestræ; & quæ volunt, sic intuentur; ut ea cernimus, quæ vide-
mus,) fingite igitur cogitatione imaginem huius cõditionis meæ;
si possem efficere; studium hoc, etiam atq; etiam ut excolatis;
sed ita, si utilitas eius summa, per se uos alliceat. Etenim, si iuris
ista magna atq; difficilis cognitio esset; ut certè non vsq; adeò
esset plana ac per via; utilitatis tamen magnitudo vos, ad susci-
piendum spontè discendi laborem, merito instigare atq; compel-
lere suo deberet; quæ quidem tanta in eo elucet; ut nec numerã-
do percenseri, ne dum augeri ornariq; orando, queat. Propè est,
ut dicam; neminem vnquam tam confidentem extitisse: qui tot
tantasq; res tacitè optare ausus fuerit; quòt, et quãta secum stu-
dia hæc commoda emolumenta q; afferunt; & verò omnibus ex-
hibent. Vt enim de æternis primum omnium dispitiamus; est il-
lud uobis notum, quod sacra literæ afferunt; fore, ut Dãiel. c. 12.
docti, caelesti in Academia, sicut stellæ fulgeant; & qui
ad justitiam multos erudierint, quasi in firmamento sydera
perpetuò splendeant. O vocem insignem, & intimis animi præ-
cordijs mandandam? Neq; enim hac nostra in mortalitate, in
hisce tam atris cæcisq; vitæ nubibus, earum rerum, quæ hic offe-
runtur, amplitudinem perspiciamus; DEO, DEO inquam, illi o-

C

pus

pus est: qui, non dicam dignè eam celebrare atq; predicare, sed enarrare, ausit. Quare videte, num dubitandum vobis sit, omni cura, cogitatione, industriaq; in hæc studia incumbere, quæ promissionibus amplissimis scatent; diuinisq; planè bonis abundant. Iam verò, ipsa per se, quantum afferant suis emolumentis, quis ignorat? Vbi enim aut plures cæteris Facultatibus inseruiunt? aut maiore delectatiõe, aut spe vberiore, aut præmijs, ad cognoscendum, amplioribus, siue ad gratiam quis respiciat, siue opes perpendat, siue dignitates habeat propositas, inuitantur? Quosnam in studiorum genere auctoritatem sibi boni viri comparant.

Cyn. in maximam? In eo, quo de iure, consulentibus respondent: quod Procm. in sui peritos cultores patres etiam & amicos Principum efficit: lit. §. cūq; Apptus Claudius Cæcus, Q. Mutius Scaeuola, P. S. Sulpitius, hoc. Papinianus, & alij, abundè vt testatum faciunt. Vnde opes atq; diuitiæ, & facile, & honestè, & largè parantur? Ex LL.

Novel. C. Iurisq; scientia: quæ in paupertate degere, in anxiosa emori
1. §. fin. de sollicitudine, neminem sinit. Fuluum enim, ut tritum prouerbium
heredib. & habet, hæc ipsa aurum suppeditat & exhibet: aurea illi apud
Col. l. 1. Plutarchum, messis tribunal videtur: inde, caute, perite agens, ne
Falcid. minimis quidem circumscribitur: ideoq; nummario pretio neu-
In moralib. tiquam aestimatur. Perfugium porro senectutis ornanda
d. Nouel. e quod honestius, atq; ipsa hæc LL. interpretatio, Iurisq; di-
ibid. cundi, veneranda auctoritas, dari potest? Fundamentum quippè
l. 1. D. de perpetua commendationis & famæ Iustitia est: domina illa ac
uar. & extr cognit. Regina virtutum omnium, Hespero ac Lucifero splendidior
longè, multòq; præstantior: ex qua boni viri nominantur; sine

Authen. ut qua, nihil quicquam laudabile. Hæc enim nobilissima illa res
annes or rum cunctarum moderatrix est: per quam cuncta reguntur:
le iud. prov. & sine qua nihil subsistit: hæc, quo ad mundum firmissima, sancta
n pr. Col. 5 Et s. ma, quo ad animam, existit: hæc est, qua non minus præclara
§. sancta. re generi humano consulitur, ac si armis patria defendatur.
Instit. de R.

D. l. 10. 1. §. D. del. & iur. l. aduoc. C. de aduoc. diuers. iudic.

Hoc

Hoc equidem nobis subsidium, inde jam ab incunte etate, non ad forensem solum usum, sed etiam ad decus & ornamentum senectutis, comparemus Collega; ut, cum non tantum ex Ephebis excesserimus, vitæ inde subsidia necessaria petamus, verum &, cū vires nos deficere ceperint, à solitudine domus nostras, id nobis, vindicemus: quod Ennius scriptum reliquit: ut à nobis, si non Reges & Principes, quod tamen haud esse infrequens atq; insolens consuevit, omnes tamen conciuēs, consilium, rerum suarum incerti, expetant: quos, ope operaq; nostra, certos, saniorisq; consilij compotes, dimittamus: ne temerè res turbidas tractent: utpotè, qui LL. tabularum, & condita jura, probè calleamus: cognitum licitum, perspectum vetitum, habeamus: quæ pæna fontes maneat, sciamus: adeoq; perpetui populi, priuato in limine, & Iudices, & Prætores, simus. Equid enim Iuris Antistitum domus sunt aliud, quàm delubra quædam, è quibus Responſa, quæ prodeunt, oraculorum vices sustinent: &, quia causarum hæc exitum & victoriam ariolando quasi prædicunt: etiam afflictæ affectaq; etate, maxima cotidie consulentium copia, frequentantur. Solonem sanè cum intueor: ijs ipsis studijs, & ceruici jam imminentis mortis, terrorem, si non planè, aliqua certè ex parte, leuari autumo: qui, ubi in lectulo, inibi ex hominibus abiturus, amicos de re quapiam summissa conferentes voce, animaduertit, erecto capite, animo in fracto, eos orasse fertur, proferrent clariùs aliquantò id, quo de agerent, se, etiam animam efflans, si quid addisceret, discessum hunc è vita mitius longè laturum. O hebetes igitur & stupidos, aut, ut verius dicam, miseros & perditos illos, qui alto, quod aiunt, supercilio, studia hæc despiciunt, aspersantur, & respuunt: O terq; quaterq; contra, & ex asse, beatos, obuijs qui ea vlnis excipiunt: &, ceu spōsam, vnicè dilectam, assiduè in oculis ferunt; in amore ac delicijs habet, utpotè dote tam insigni, tamq; præclara, instructa. O vitæ, Iurisprudētia, dux,

C 2 ò virtutis

o virtutis indagatrix, vitiorum expultrix; quid non modo nos,
sed omnino vita haec, sine tuo prestare nutu valisset? Tu vr-
bes peperisti: tu dissipatos homines, a fero cultu, agresti, & effero,
ad societatem vita traduxisti. tu eos primum omnium inter se
domicilijs, post coniugijs, tum cognatione, & affinitate, natura
dictante, DEI voluntate praecunte, coniunxisti; tu inventrix
LL, Magistra morum, & disciplina, fuisti: tu pacis comes, ocij
l. prouiden socia, bene constituta Reipub. q. quadam alumna es: tu nobili-
du. C. d. po tas addiscentes; Magistratus exhibes: honores conduplicas. Tu
shu In p o sed comprimo me: ne, aut auram vulgi ac applausum captare
en Instit. popularem, aut etiam Noctuas Athenas portare, videar. Fui
circ. fin. c. tamen, ut nostis, quondam tempus illud; quo in agris passim bello
uenerabili. luarum more non in s. vagarentur; maleficio ac scelere pasce-
de praebend. rentur; victu sese alerent ferino; nihil mente aut ratione, om-
nia corporis viribus agerent; Nemo legitimas tum nuptias
viderat; liberos certos nemo susceperat; neq; etiam ijs operam
dederat: proprij nemo quicquam obtinuerat. Exorta tandem
Iuris illa augusta scientia est; dissectos vnum in locum qua
cogeret: a feritate Cyclopica ad iustitiam atq; mansuetudinem
transferret: maenibus sepiet; LL. certis circumscriberet:
praemijs, deniq; & pœnis in officio contineret. Neq; verò illud
dissimulandū: quod obscurari non potest, sed pra nobis semper est
ferendum; nihil omnibus ex rebus, DEI dono ac munere nobis
concessis, extare; quod tanto studio, atq; ipsum hoc Ius Ciuile,
ret nēdum sit; utpotē, quo sublato, nemini exploratum esse que-
at. u. d. aut sibi obueniat; aut alteri cedat; aut aequabile atq; unū
omnibus sit; ut, quod simili eademq; semper cum omnibus voce
loquatur; ideoq; ut praclarē ille ait, nec gratia inflecti, nec po-
tentia infringi, nec pretio adulterari valet. Quod, si non modo
oppressum; id quod DEVS auertat sed etiam desertum, aut ne-
gligentius asseruatum fuerit; nihil est, quod quisquam certi
quid.

quid se obtinere speret: aut à parētibus sibi obuenturū confidat;
aut suis vicissim se relicturū esse arbitretur. Maior nimirum
cuiq; nostrum à iure & L. L. hereditas, quàm ab illis ipsis de-
fertur, qui eam relinquunt. Equidem, ut ea ad nos deuoluatur,
ultima cuiusdam voluntas expedit: at eiusdem tranquillus,
quietus, stabilis usus, Iuri acceptus Ciuili ferendus est: quo nul-
la vite pars, neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq;
domesticis in rebus, neq; si nobiscum agamus quid, neq; si cum
alijs contrahamus, vacare vnquam potest. Et sane, inter
humanitate politam, & immanem illam atq; efferam vitam,
nihil tam interest, quàm Ius & Vis: quorum alterutrum am-
plecti si noluerimus, alterum tamen horum necessariò omninò
admittimus. Dissplicet Vis; Ius valeat, locum inueniant Iudic-
cia oportet, quae hoc ipso continentur. Tacent Iudicia; aut fri-
gent; vis insolens dominetur necesse est. Sinè eius certè præ-
sidio nutuq; liberum nemo ducere; spiritum contra improbo-
rum esse vim tuta; non domus ulla; non ciuitas, non gens, non
rerum natura omnis, imò, nec mundus consistere ipse, valet. Est
enim in Iure fundamentū constitutum libertatis; vnde fons equi-
tatis oboritur: mens, animus, & consiliū, & sententia Politiarum
omnis promanat; legum, ut ille ait, accircò seruis sumus,
ut liberi esse possimus. Quin & solitario homini, & in agro
degenti, necessarium Ius est: & ut Imperat. affirmat, Medici
vices agit: dum, ne oriantur mala, impedit; mores, vitamq; to-
tam, ritè conformare docet: ut sicco eos nunc pede præteream; qui
in negotijs contrahendis distri. Et distentiq; tenentur; cum tam
ubiq; necessarium Ius sit: ut ne Latronibus quidem, sinè huius
aliqua particula, diu inter se conuenire queat. Quapropter, non
minori cura, quae a maioribus accepimus, publica patrimonia
iuris, quàm priuatarum rerum nostrarum, salua a seruare
satagamus; cū, quod la Iure Ciuili sepiuntur quodammodo;

cum etiam, quod patrimonium singulare vnus damno amittitur: nisi Rerumpub. extremo interire exitio, Ius nullo modo potest. Nō dubitat agricola quarenti, cui serat, quamuis senex, respondere; DEO immortalī; qui se non accipere solummodo à maioribus agros cultos voluerit; verum etiam manu, quod aiūt, breui, cōstitos eadē ad posteros usq. trāsmittere iusserit. Edificia alij splendida excitant; magnificē hęc eosdē extruunt; arces & vrbes muniunt; alia multa, eaq. egregia, instituūt; non, ut quæstū indē atq. lucrum venentur: sed posteritati consulant. Quid ergo nobis faciendum; qui, ne minimo quidem oculi momento, Iuris carere studio possumus; struxisse nobis alios nouimus; vt non ad dādū, sed antē acceptū reddēdū obstricti officiū omninō uideamur. Quod, si non esset; vel summa saltem studij huius dignitas, ad id cū celebrandū, tūm colendū, ponderis momentiq. afferre plurimum deberet. Neq. enim cantilena est, cui nouitas, vt Telemachus ait gratiam cōciliat; sed, cui venerāda illa vetustas auctoritatē maximā parit; ut, quod primo ferē eosdē nactū cultores quos humanum genus, partim Parentes, partim Doctores, habuit. Neq. enim à Tyronibus, aut Ius inuentum, aut ll. ex oīta; aut, quod apud Platonem quidam affirmat, ab hominum profecta eā calliditate sūt: ut, qui manū sese tueri ac defendere nequeant, ad has, ceu sacram quandam anchoram, confugiant; sed, vt grauius quodam in loco Demosthenes scribit, inuentum ac donum DEI lex est: imō immota sapientia & iustitia in Deo; cuius post radij sunt in homines transfusi: vt secundum has mores vitāq. totam instituerent. Ac, ne quis fortē nimium huic me arti tribuere existimet; agē, cur, & quomodo L.L. post lapsum restaurata, hominumq. sint infusa mentibus, consideremus. Etenim, cum primorum postrorum parentum lapsu, Sapientia ac Iustitia radij, per essent obscuri facti; Ius omne deletū; corruptum Iudicium esset; misertus generis humani DEVS

nature

natura illud lumen instaurare, omnes in officio continere, ac re-
gere volēs, Moysi LL. tradidit; viros post alios sapiētia claros,
excitavit, Lycurgum, Solonem, & Aleucum. Charondas: qui, ut
ostenderent, non humanum, sed diuinum esse donum LL. ad
numen aliquod certum hasce retulerunt: Lycurgus ad Apolli-
nem; ad Mineruam Solon; Charondas ad Saturnum; ad alios
alij. Sunt hos deinde alij secuti IC, viri summa eximiaq;
iustitia ac prudentia præditi: qui LL. utilissimas tulerunt:
patronos & mæcenates, summos Imp̄p., aliosq;, invenerunt. Ex
his, delibatis saltē, facile apparet, Collegæ, quā, vel ex sola an-
tiquitatis laude, Iuris commendari dignitas queat; cuius sanē
vetustatis iudicio, alias immoti cum stemus; hic idipsum cur
non admitteremus, & verò etiam studiosè attenderemus? Re-
cedit huc & illud: quod dictu nonnullis fortè absurdum, verū
tamen interim est; longè commodiorem iamnum Iuris tractan-
di rationem, quā olim, dari, in promptuq; esse. Rudis enim
tūm, & infirmus studiosi animus, multitudinem rerum ac varie-
tate obrutus, aut omninò studijs his renunciare est coactus; aut
diffidentia quadam, serius eò deductus; quò, hanc insisteris viam
maturius longè pervenire potest; tanta præsertim, Dei et Iu-
stiniani gratia, sciētiæ huic luce atq; certitudine allata, quāta
vix optari posse videbatur: quæq; meritò, splendore suo illu-
strissimo, cunctos ad sui cognitionem allicere, rapere in admi-
rationem, debebat. Aditum quippè, antehac, si non interclusū,
attamen præpeditum satis, nos à primordio statim, expeditum in-
gredimur ac liberum; digni videlicet tanto honore, tantaq; fe-
licitate reperti; ut & initium, & finis Legum cognitionis, à
voce nobis Principali procedat. Non enim prima totius legis
timæ scientiæ elementa, ab anilibus, antiquis, ijsq; obsoletis,
fabulis haurimus, sed Imperatorio splendore, petimus: adeò quis
dem, ut tam animi nostri, quā aures, nihil inutiliter, aut perpe-
ram

His Igitur
Instit de iur

in præm
Instit.



ram positum, sed, quod in ipsis rerum momentis obtinet, primum
leui & simplici via, postmodum exacta explanatione, perci-
pian & cognoscant. Quae verò antè obtinuerunt, post in
desuetudinem abierunt, Imperiali rursus auxilio remedioq; re-
stituta, & postliminio quodammodo reuocata ut & in totū abso-
luta, aut aliqua saltem emendata ex parte sunt, ea, inquam, ipsa
sub calem huius studij accuratè admodū, exquisitè, diligenterq;
idem Imperator persequitur. Ius porrò vniuersum, Dd. scripta
quae explicat, quāto numero, quonā etiā modo, indies prodeunt?
Eo omninò, vt nihil ferè ad solidā, numerisq; suis omnibus ab-
solutam, cognitionem, facili labore, errore nullo, comparandam,
vltius desiderari hic queat; modò, quae omnibus in artibus
ac scientijs alijs necessaria, methodus bona, perspicua, expedita,
obseruetur & adhibeatur; sinè qua, aliquid hoc qui proficere in
studio sese posse arbitratur; similes cæcis sunt: qui baculo viam
tentant. Ac, mehercule, si qua Patriæ uos vestræ Germaniæ
cura tenet; quæ domus quasi nunc Imperij, virtutis, artium,
religionis, dignitatisq; haud vulgaris est; eius certè vobis mo-
res, disciplina, leges, instituta, esse nota omninò debent; vel, quia
parens omnium vestrum est: vel, quia tanta prudentia in iure
constituendo valuisse putanda est; quanta, in tantis Imperij
opibus, et acquirendis, & conseruandis, & amplificandis, necessa-
ria fuit. Quid igitur expectatis Collegæ? an moras hic vllas
nectitis? an optimæ artis, studium optimum, vel abijciendum
prorsus, vel leui molliq; tractandum brachio arbitramini? nec
potius, vt disciplinam, fructu vberem ac fecundam, dignitate ac
præstantia illustrem, quantum quidem est in vobis, animorum
nisu omni amplecti, fovere, atq; excolere studetis. Ecquod,
obsecro, studium honorificum magis, ecquod patriæ, parentibus,
amicis, ac clientibus accommodatius, pertractare uos posse, cen-
setis? Vnde, feliciter agentibus, ornamenta constare maiora
labore

laborantibus, & in periculo constitutis, praesidia & subsidia
praesto esse meliora posse, persuasum vobis habetis, quam hoc ipso
ex Iuris studio? Ei certe nemo sese unquam addixit; qui res quo
tidie auctas suas inde non senserit; siue ad famam ille, nominisq;
claritatem contenderit; siue ad fortunarum etiam incrementa aspi
rauerit. Antoninus, profecto, Pius, ut ex plurimis, prope in
finitis, paucos saltim attingam, summo I.C. praecellosos in honore se
per habuit; cum iisdem de negotiis communicare grauissimis est
solitus: summa beneuolentia Theophilum & Tribonianum
Iustinianus Imper. complexus est; amauit & coluit hos Ale
xander; qui nunquam pauciores, quam viginti, suo in consilio ha
buit. Iam eos commemorare si vellem; qui Iro & Codro pau
periores, sua in iuuentute, post, scientiae huius peritia, ad Crassum
prope, Crassique diuitias peruenerunt; dies me citius, quam oratio
deficeret. Veniant ergo nunc, si placet, irrisores huius studij; &
iam vel ipsi videant; quantum opinioe sua et paradoxis a re & ve
ritate ipsa distent; cum non modo contra nos, sed & auctorem Iuris,
DEVM, OPT. MAX. eiusdem protectorem, Imperatorem,
contra sensum communem, atque adeo auctoritatem sanorum,
omniumq; iudicia, & dicant, & agant, & verò etiam grauius
peccant? Atqui, ut in plerisque rebus alijs, mirè hoc est natura
ipsa ita fabricata; ut, quae utilitate ac praestantia insigni, facile
omnes sui in amore cultumq; pelliceant, eadem etiam cum vo
luptate atque iucunditate coniuncta magna sint; ita hic apprimè
id ipsum praestitit; dum laudem honestatis, dignitatis, utilitatis,
necessitatis, animorum, ad extremum, liberalissima oblectatis
one, hisce in studijs, condidit. Quod si igitur hic non tantus fru
ctus ostenderetur; & ex ijs delectatio sola peteretur; tamen, ut
opinor, maleuolorum iudicia peruersa, vel maxime vobis fu
gienda esse, iudicaretis. Nam, caetera res, quibus illi ipsi gau
dent, neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum
D. studia

fluvia hæc quæuis terra alit; ubiq; ea gentiũ nobiscũ portamus:
adeò, vt vel cũ naufragis saluaenatẽt. Eruditionem, Diogenẽ
hoc commendare solitum fuisse elogio, accepimus: quod iuueni-
bus ea sobrietatem afferret; senibus solatium exhiberet; paupe-
ribus diuitias pararet; ditibus ornamentum præstaret. Quantò
verò rectius de nostris hoc dici studijs. Auditores, potest? Hæc
nimirum sunt; quæ ætatem, suapte sponte lubricam, ab intem-
perantia coercent; adolescentiam nutriunt; senectutis aggra-
vata morbũ leniunt, eiusdem incommoda ac molestias, honesto
aliquo solatio mitigant: hæc fortunam secundam exornat atq;
condecorant; aduersæ asylum tutissimum, perfugium certissi-
mum, exhibent: viatici instar egenis sunt; oblectant domi; foris
non remorantur; hæc animos, miseriarum ac calamitatum
tempestate prostratos ac percussos, erigunt; fractos malis, & abie-
ctos, recreant; pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.
Quod si verò quem etiam aliena studia oblectant; est plurima,
& in omni Iure Ciuili, & Pontificũ libris, antiquitatis effigies;
quæ & verborum præcã consuetudinem refert: & actionũ ge-
neribus quibusdã, maiorum nostrorũ morem vitamq; delineat;
reversis omnibus alioquin ita, ac politis: vt, si vel omnis amissa
antiquitas esset, lingua Latina decus interisset omne, hinc
tamẽ damnũ illud totũ abũdẽ restitui ac sarciri posset. Sin ponẽ
quis ipsam scientiam Ciuilem cõtẽpletur: totam illam optimẽ
descriptis omnibus Imperij Rerumq; publicarũ, & vtilitatibus,
& partib. ex 12. tabularum ll. dimanasse, cognoscet. Si uẽ quem
illa morũ, vitæq; beatè ac feliciter peragenda, præcepta tenet;
dicam apertè; hosce habent & fontes, & riuulos, omnium dispu-
tationum suarum, quæ Iure ac Legibus continentur. Sed &
illa indẽ voluptas & oblectatio pereipitur; quod, quãtum ma-
iores nostri prudentia præstiterint cæteris gentibus, tũm facilẽ
ceu ex ungue Leonem, deprehendere atq; æstimare possumus
quando

quando cum Draconis illis, Phoronæi, Mercurij Trismegisti,
& aliorum, cōplurium nostras conferre LL. voluerimus cum
præsertim omne Ius, præter hoc nostrum, inconditum admodum,
ac penè ridiculum sit. O egregiam igitur, & omnibus modis
conseruandam facultatem; ex qua laus eximia paratur; dig-
nitas vera acquiritur; vtilitati publicæ summè consulitur;
priuatis cuiusq; commodis insigniter prospicitur; voluptas atq;
oblectatio liberalis, honesta, atq; eximia percipitur; ita quidem,
vt, si neq; ipsi eam attingere, nec sensu gustare nostro possemus,
admirari tamen eandem, suspicere, ac venerari nihilominus in
alijs, deq; ea quàm honorificentissimè sentire deberemus. Iã verò
si quem nulla capit tantarum rerum gloria: nec super ipse sua
laude laborem molitur; sed de sidiam inertem plus iusto asse-
ctatur; ijs omnibus potioem eam ducens; oppositosq; labores
quos vis, incauta mète euitat; is, ad stiuã relegatus, cū degene-
ri ista socordia, fortunam, quod aiunt, inuocet; turpis demum,
simul & inops, miserabile æuum ex igit. Laboribus, nimirũ,
DEVS cuncta mortalibus, iuxta & precibus, vendit; vigis
lando, agendo, benè rebus suis consulendo, prosperè omnia ce-
dunt: mille mala, infinita propè pericula & incommoda, eum
affligunt; cui segne & inutile corpus est; nemo vnquam igna-
uia, ab obliuione atq; interitu vindicatũ nomen suum, ad poste-
ritatem transmisit. Vigilare, inquit ille, eum decet, qui vult
sua temporis officia conficere, endymiones oscitabundi, sine lucro,
& cum damno quiescunt. Si non intendunt animum curis, stu-
dijs, rebusq; honestis alijs; inuidia vel amore vigiles torquen-
tur; blando desidia veneno virtus, paulatim evicta, senescit;
desuetudo pigritiam parit: pigritia inducit veteriũ: exercitiũ
dormientem naturã excitat: amor rebus cedit: labor improbus
omnia, & vincit, & assequitur: fugat morbos: temporis, in su-
per lucrum vberimum affert. Sed hæc nobis, leuis velut ar-

maturæ, prima orationis, eminus intentata, excursio extiterit:
nunc cominus agamus: experiamurq; si cornua possimus com-
mouere eorum: quæ sæpè ab illis, quorum corroborata jam est
vetustate audacia, jactitata sunt; vt, omni errore sublato, sen-
tentiam nostram, firmissimis niti rationibus, intelligere, Col-
lega, possitis. Etenim, cum scientia hæc adeò præclara atq; no-
bilis sit; vt ea nihil tam studiosum, studioq; dignum, omnibus
In pr. C. in rebus, ipso Imperatore id asserente, reperiatur: diuinas
de uet. iur. quoq; res, & humanas cunctas, iusto ordine disponat; iniquitatē
enucl. omnem expellat; desertorum causas tueatur; laborantibus succu-
currat: agris medeatur; afflictos excitet: ambigua dirimat
controuersiarum fata, lapsa erigat: fatigata reparet; nec minus
societati communi prospiciat: ac ea ipsa, quæ vi & armis, pro
aris & focis, fortiter depugnat; duas in se diuersas factiones cō-
citauit: quæ hanc aut profus contemnere, aut saltem laudi hu-
ius aliquid detrabere, summis viribus conantur. Vnum genus
eorum est; quos dignitas & splendor horum studiorum, luce
sua clarissima, perstrinxerunt: qui, cum vel temeritate quadā
insolenti ac censi, vel animi aliquo morbo laborātes grauissimo,
ijsdē haud secus, ac Philosophiæ zethus ille Pacuuiāus, bellum
ἀσπρον, naturali inuicē odio atq; ἀντιπαθεία inter se quasi dissi-
dētes, apertè indixerint, multa tētāt, multa aggrediūtur, multo-
tat moliuntur: vt id, quod in votis optatisq; maximè habent, tan-
dem consequantur. Et quonā, obsecro, modo? Nimum nostris
nos verbis extollere hæc atq; euehere dictitant: oblitos nos
esse asserunt; pace atq; ocio perfrui neutiquam nobis licere; nisi
belli prius incommoda cuncta, rei militaris auersa scientia
fuerint: cū omnia eius studia, laus & industria forensis omnis,
in tutela quasi, ac presidio bellicæ virtutis lateant; omnia,
quæ sint in Imperiō, & statu Ciuitatum, ab ijs defendantur,
custodiantur, muniantur: qui militari probè virtute excellūt.

Illud,

Illud, fucum ut faciant, afferunt: quod sapientes affirmant,
sine viribus tuto sapientiam consistere nullo modo posse: urgent,
quod Cicero, quodam in loco, asserit: cedit forum castris: otium
militiae: stylus gladio: umbra Soli. Occurrit & ex hac ipsa
nostra dissertatione illud, quod vehementer eos pungit: iudes,
quod aiunt, in oculis est: multo plus, videlicet, dignitatis, Iuris
Ciuisis scientiam, quam rei militaris peritiam, conferre. Id,
ut extorqueant: vigilare IC. de nocte occinunt: suis consul-
toribus ut respondeant: se vero, ut eò, quò tendunt, maturius
cum exercitu perueniant, excubias, uel in tempesta nocte, agere,
astruunt. Latitare IC. in Bibliothecis suis, molestias sentire
nullas, nisi, cum catharris, aut oculorum infestantur lippitudine,
clamitant: se sub dio, ac Ioue puro, frigus, aestum, imbres, tem-
pestates, fulgura, tonitrua, famem, sitim, alia perferre incò-
moda cogi, gloriose predicant. Ad haec, voti còpotes ut reddā-
tur, IC. actione instituere, se acie instruere, ogganiunt: cauere
eosdem, oblateral, ne clientes sui qua in re circūscribantur: se
laborare, ne vrbes & castra diripiantur, magnifice demonstrāt.
Se deniq; tenere, vhostiū copia, IC. ut aqua pluuiā, arceatur,
edocēt: illud elatis, sesquipedalibusq; verbis, mirè exaggerant;
quod in territoriorū lōge lateq; terminis ac finibus propagādis
districti distentiq; sint: cum tamen IC. in illis regendis dun-
taxat occupētur; quouis ita modo id ut efficiant: quò in illustri
excelsiq; loco Imperatoria ars collocetur; Iureconsultorum
scientia longò ab hac interuallo constituatur. Quae, quàm
aliter longè sese habeant, sanicordatiq; omnes intelligunt: ego,
Collega, ostēdere, ac planum facere, sed paucis, conabor: si, quod
peto, exigui adhuc temporis mihi vsuram cōcedere volueritis. Aristot. 1.
Ac est sanè Ciuisis vita omnis in pacis & belli oportunitatem, Polit. 3. &
adeoq; otii & negotiū, diuisa; fateor lubens. Si quis tamē am- 17. C. 14. In
D 3. bas proae. Instit.

Has horū tēporū artes, intēto per se animo considerauerit; facile
iudicabit; IC. bellicis, togatos armatis, postponi neutiquam
debere. Quamuis enim Themistocles iure lauderetur; & sit no-
men eius, quā Solonis, illustrius; citetur Salamis, clarissima
victoriae testis; praefertur cōsilijs Solonis ijs, quibus Aëropas
gigas primum constituit; non minus tamen praclarum hoc, imò
maius, quā illud, aestimandum; cum id semel, hoc semper Ciui-
tati profuerit: non minor etiam sit virtus, quā querere, tueri
jam parta laudabiliter posse. Dux etiam belli, quamuis praes-
clare omnia ea tenuerit, quae in Imperatore commendari laudas
to solent: virtute, insuper, fortitudineq; insigniter instructus
fuerit; auctoritate mira valuerit; felicitate insigni apprimè
conspicuis extiterit: laudes tamen illas omnes cum militibus
communicare, nolens, volens, tenebitur; quorū virtus fidesq;
non minus, ad victoriam reportandam, necessariò requiritur;
atq; auxilia sociorum, classes, commeatus, id genus alia, multū
eandem promouent. Iuris verò Legumq; peritus, aequi ac boni
instructus scientia, gloriae suae, inde quā adipiscitur, socium
habet neminem: quod praestat, quantumcunq; tandem est, &
magnum utiq; solus praestat; nihil ea sibi ex laude quisquam
alius decerpit: aut etiam in istius se gloriae societatem offert:
ea tractat: quae Imperiorum fundamenta cōcernunt; superinstrus-
ta, ne forte corruant, cauet sedulò; extructa fulcire & stabi-
lire nouit egregiè; dū improbos ense remouēdos esse statuit: ne &
partem secū sanam, eandem in perniciem ac ruinā pertrahāt.
Quin & sine IC. sciētia, Imperatoria ac militaris ars, neq; ipsa
consistere, neq; munere atq; officio fungi suo rectè feliciterq;
potest: siquidem, militaris disciplinae, praecleara Iuris nostri
parte, è sinu, victoriae omnes ac triumphus manant & fluunt:
vnde etiam antiquiorem hanc olim Romanis, quā liberorum
extitisse

exitisse charitatem, nouimus: id quod exemplis multis decla-
rare, super vacuum omnino duco. Disciplina vero nulla ibi ex-
pectanda aut speranda est: ubi LL. vel nulla lata, vel non ser-
uata fuerint. Eam utiq; ipsam ob causam, vehementer mi-
rarer: quidnam Ciceronem induxerit: ut tam duriter atq; ins-
clementer, quodam in loco, Iuris nostri peritiam tractarit; nisi pro L. Mus-
cognitum illud, perspectumq; haberem; summum ibi oratorem ^{ran.}
tempori & argumento suo inseruire: foroq; sese accommodare; id
ostendere conatum fuisse: recte, in Consulatu, Lucium Mura-
nam Imperatorem, Sulpitio Iureconsulto, praelatum fuisse. Quis
enim est, qui non videat, rem militarem totam, ad quietem ac
tranquillitatem subuertendam, ad exitum importandum ex-
tremum, inuentam esse; quam sic interim Ciuili ille dignitati
praefert: ac si ab ea commoda humanae vite cuncta proficisce-
rentur; cum, utut aliquando res prosperè feliciterq; cedat, eam
unicam tamē ob causam bella suscipiantur; ut certa demum pace per-
fruemur; suum LL. locum decusq; obtineant. Bella vero
ipsa, nisi certis finibus, qui huic nostrae accepti scientiae ferendi,
cir mscribantur; in immanē ac belluinam feritatē quan-
dam euadūt atq; degenerāt. Verecūdius, iam dudū, Collega, quam
rei ipsius cōditio ac praestātia admittit, ago; cuius maxima apud
bonos omnes est auctoritas, summa existimatio: utpotē, ex qua
generis humani salus atq; incolumitas tota depēdet. Quid enim
tam Regium, tam liberale, tamq; munificum, quam opem ferrē
abiectis, excitare afflictos, erigere jacentes, dare salutem, libe-
rare periculis? Quid porro tam necessarium; quam ab ijs semper
instructū paratūq; armis esse; quibus, et tectus ipse sis; & ulcisci,
te lace situs, queas? Illud certē, sana modo mente praeditus qui-
sit, nemo negauerit: nō aliunde plus, aut dignitatis ac splendoris,
aut opū atq; diuitiarū, aut populos in officio continendi rationē,
aut

aut certam paratamq; vniuersis ac singulis conferendi felicitas
tem, quàm ex hisce studijs, prouenire. Quapropter, in causa
manet id, quod verissimum est: non minorem Christianæ Rei-
publicæ vtilitatem, rogatos, quàm armatos, asferre: nec illos
minori, ac hos, eidem cum dignitate inseruire: vtpotè, quorum
consilijs sæpè aut non suscepta, aut feliciter confecta esse, bella,
notius omninò est, quàm vberiore probatione vt indigeat: cum
præsertim, magis hic decernendi ratio, quàm decertandi forti-
tudo, dignum modò re aut nomine præstare quid si voluerimus,
requiratur. Neq; enim infirmari potest id, quod constat:
parua foris arma esse: nisi consilia domi fida præsto sint: temerè
verò in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane
quiddam propè, ac ferè belluarum simile, existere. Nec sanè
Principem illum Latinorù Poetarù, Maronem, hæc opinio fe-
fellit: qui, postquam gentibus alijs certa quædã assignauit, Pop-
ulo demum R., victori earundem, facultatem tuenda pacis,
fascesq; ritè ac legitimè administrandi, tribuit; nec id immeris-
sè. Quod si enim decora illa duo Politiarum eximia, discipli-
na Militaris ac Ciuilis, leges, simul & arma, placidè in vnum
coierint; tranquillitatem eas Imperijs, Regnis, Dynarchijs,
Imperat. in Rebus publ. tutam præstare, nemo, opinor, inficiabitur. Vtri-
d. Proam. usq; certè generis par cura maioribus fuit proposita; vt se suosq;
Instit. fortitudine foris, in bello, tuerentur; & pax vbi alma in-
clytæ, effulsisset, domi æquitate in officio continerent: res armis
tuerentur: moribus ornarent, legibus emendarent: atq; ita ju-
risdicto ex armis vires suas colligeret; armata manus LL. præ-
scripto refrenaretur: id quod & nos imitari vel maximè con-
uenit. Alterum genus eorum est; qui aut pænæ formidine
peccare, non virtutis amore, oderunt: aut, delictorum sibi suos-
rum conscijs, nouos motus, rerumq; conuersiones quærunt; aut,
propter

propter insitum quendam animis furorē, discordijs & sediti-
onibus aluntur; aut propter rei familiaris accisam conditionē,
communi incendio, quā proprio, suo solius, deflagrare malunt;
ideoq; scientiam hanc, quae eos compescit, coercet, intraq; officij
metas cohibet, suggillare ac carpere impunē neuriquam verentur.
Buceis enim, quod aiunt, plenis, vbi ex sententia non constim
omnia succedunt, vitia Iuris antistitum, ipsi arti subdolē
imputare, omnem in eam fabam eudere, minimē erubescunt;
omnium rixarum ac turbarum hosce faces, seditioumq; pestis
feras subas esse, clamitant; qui, si in contētionum quandam in
volarint materiā, indissolubiliter eidem adhaerescant: plura
judicent amore, cupiditate, odio, spe, timore, errore, aliaue men-
tis perturbatione inducti, quā veritate, LL. praescripto,
Iuris norma, Iudiciorumq; formula: & quavis saltem ratio
one in visū jus vt reddat: id, summū ubi fuerit, iniuriā summā
reputat. Iisdē praeerea acceptū ferunt: quod optima instituta
loco mouentur: aut specie mira flectuntur: quod antiquae fidei
& simplicitati locus propē nullus reliquitur: quod causarū dis-
latiōibus, nō patrimonia solū exhauriūtur; sed & conscientiae
admodū cōstringitur; nulla propē, nec religionis, nec pietatis, nec
fidei, ratione habita; idq; vt euincāt, commētitorū exemplorū
maxima copia pugnant. Quibus sanē glaucoma nullū obijciāt;
sed latine, aperte, & vt res est, eloquar: idq; si fieri potest,
propitijs eorundem auribus: sin minus, etiam iratis. Et quis
dem primum hoc libet dicere: non esse bonorum virorum, com-
mentitij exemplis, aut casu veris, aut malitia fictis, ijs in pro-
bandis vti: quae argumentis, & rationibus, & probatorum tes-
tium edocenda assercionibus erant: ab ijs praesertim, quibus non
credere, religio prorsus nulla sit. Ad haec, semper illud tenendū
statui; vulgo placere laborātes, omninō sapiētibus quod di-
pliceāt: malē cum ijs artibus atq; scientijs, earundēq; agi cul-
toribus

toribus arbitratus sum: in quibus xoyli, momi, reprehenses,
ac calumniatores nulli reperiuntur; quotidiana in hoc experientia
edoctus. Vt enim vultures, ad maleolentia cadavera, praeteritis
pratis, & locis alijs amenis, atq; odoriferis, feruntur; et musca,
qua sana sunt, praeteruolant: ad ulcera festinant: sic invidos &
maleuolos, qua a nonnullis perperam ipsis in artibus sunt, carbone
notare; praecleara ne quidem intueri; in confesso est. Horum amentia,
qua nihil non intentatum relinquit, nullo vos pacto remoretur,
Collega; quin imò potius admoneat, a consuetudine & usu horum
studiorum, quibus iamnum dediti addictiq; estis, ne latè quidem,
quod dicitur, unguem, digitumue transuersum, ut recedatis;
nedum in limine, vix apertis stadij carceribus, declinetis. Maledictis
enim hi, ex triuio, aut scurrarum aliquo cõuiuij, arreptis, nihil
prorsus hic agunt aut promouent: cum omnia iam laus occuparit;
ad illud etiam dignitatis fastigium studium hoc peruenerit; quò nec
inuidia, nec obrectatio cuiusquam, euolare, grassariq; amplius
queat; ita quidem, ut sua se ab impetentiũ telis maiestate
facile tueatur; neq; laude ficta adaugeatur; neq; vituperio, a
veritate alieno diminuatur, aut deformetur. Quo autem ore,
qua fronte, qua audacia, hoc homines stolidissimi asserunt?
nepe ea, qua studijs, his caliginem ac tenebras offundere,
dare damnum, interitum & πավοληθίαν inferre, suo cuncta
arbitratu agere, nefarie annituntur; & cum veritatis
lucem atq; splendorem sustinere aut sufferre nullo modo
queant, nodum in scirpo, doli, fraudis, & insidiarum,
eodem in uestigio, diuerticulum quaerunt: idq; ipsum,
quod aperte ante priores petierunt, cuniculis nunc actis,
occulte moliuntur & oppugnant; mouent multa, & nihil
tamen promouent. Neq; enim intelligunt; eos, qui Ius
Ciuiile contemnendum putant, vincula, non solum Iudiciorum
rumpere, frenum illud Palladis aureum, cuius Pindarus meminit, indomi-

rum

cum Pegasus domans & composcens, Bellerophontem, adeoq;
rectam rationem, se sorem ut recipiat, excutere: sed & vita
communis praesidia & subsidia omnia, e medio collere. Ani-
maduertere, aut nolunt, aut non possunt; Interpretes si vitu-
perans: imperitos eos Iuris arguant: iniustitiae ac iniquitatis in-
simulent: de horum existimatione aliquid non arte ipsa, quod de-
trahant: imperitis vero, obsecundandum esse, si negent: non eos
se ledere, sed iura & LL. labefactare, infringere ac euertere,
nullo modo sentiunt. Ita, quod tandem cumq; se verterint, omnis
eorum prostrata jaceat solertia, necessum est: qua extorquere
haec improbe conantur: ut per mihi mirum videatur: quoniam
extare posse: qui etiamnum aures ijs suas accommodare cupiat:
quorum errores quotidie re ipsa refelli, etiam euentu reprobari
videat. Invident nimirum maxime paribus & superioribus;
cum se praeteritos, illos ad summos dignitatum honorumq; gradus
evolasse dolent: eoq; irritantur magis, si quando aequabilitatem
juris communis, praestantia dignitatis & fortuna sua, summorum
indultu, eos transcendere sentiunt. Neq; illud perpendunt; glo-
riam non appeti, sed sequi debere; ut nec istud attendunt: si ca-
su aliquo haec non sequatur, id, quod gloriam non meruit, non
minus tamen idcirco pulchrum iudicandum esse: vires, praeser-
tim, crastina addere lux cum queat: hodierna quas denegat:
punctum saepe temporis ferat id: quod totus nonnunquam annus
recusat. Virtuti enim comes individuus lior est: latissime
excurrens ille quidem, summa quaq; petit: iners tamen vitium,
altos in mores nunquam exit. Invidia vero, virtute parva,
gloria reputanda, sicq; statuendum est: infelicem fortunam
emulis carere; virtutem invidiam excitare; illa stultos potius,
quam alios antecellentes, carere; male omnino illud habere, cui ne-
mo invidet: Deo dante, nil invidia valere; eo non dante, parum

E. 2. laborem

laborem proficere. Vbi enim gloriae ignis non amicat, ibidem
nec inuidiae fumum oboriri, grauius Simonides censet: quò au-
tem maior gloria, eò propiore inuidiam esse, Liuius, autor
optimus, iudicat. Videmus utiq; Collega, quàm hodiè longè
lateq; inuidia serpat: quanto in odio apud quosdam nostro-
rum hominum virtus atq; industria sit; ut, si tantum oculos quis
deiecerit, praesto confestim sint insidiae & cauillationes: si ullū
locum aperuerit suspicioni aut crimini, vulnus, ilicet accipien-
dum: ideoq; vigilandum semper, et vigilādū diligenter: id ob
oculos constituendum sit: quod Euripides affirmat: vera diffi-
dencia nihil concessum vtilius hominibus esse: cum ad artus sa-
pientiae, Epicharmo innuente, omninò ea pertineat. Tacita
enī et occulta inimicitiae pertimescēda magis, quàm indictae &
apertae sunt; nemo ferè eorundē industriae fauet: nullis omninò
officijs stabile imperiti vulgi demereri gratiā possūt; quo nihil
quicquā iniustius est; cū, nisi ipse quod fecit, rectum nil putet:
ideoq; ut natura & genere disiuncti sunt, ita animo ac volūate
inter se dissident. Non enim est consilium in hoc, non ratio, non
discrimen, nō attentio; ex ueritate pauca, ex opinione multa esti-
mat; minima auget; imminuit maxima; creberrimaq; ut calū tē-
pestatū. sic sententiarum mutatione laborat. Nullum fretum,
nullus Eurypus, tot motus, tantas, tamq; varias fluctuū agita-
tiones sustinet; quot, & quanti astus, quantaq; perturbationes, in
populo regnāt. Ac est sanè prostrata & afflictā virtus maximè
luctuosa; magna tamen laus quoq; est, & admirabilis; ferè
sapienter casus aduersos; asperis quoq; in rebus dignitatem res-
tinere; ab imperitae multitudinis ore qui dependet, is magnis in
viris habendus non est; ut, qui seipsum non rarò frustratur;
simul & alios traducit ac falit. Durū etiam pari quod fuit,
meminisse postdulce admodū est: praebetq; praeteriti laboris se-
cura recordatio oblectationē haud vulgare. Proinde, dum
secunda

secunda nobis adhuc res, & in vado sunt, tū in maximè nobiscum
nos meditari cōuenit; quonā pacto aduersas, si qua fortè obrige-
rint, feramus: communes eas reputemus; euenire cuius posse
cogitemus, quod cuiquam accidit: idq̄, idcirco, nē animis quid
noui sit: quicquid præter spem contingit, id omne in lucro repu-
temus. Ita enim, inquit Comicus, vita hæc comparata est, ac si
vesseris ludas; vbi, si illud, quod maximè opus iactu est, non
cedit, illud tamen, quod fors obtulit, arte corrigendum est;
maximè, cum & arcus non semper id, quod minatur, feriat.
Quò autem Fortuna altius nos euexerit atq̄, leuarit; eò nos ma-
gis deprimamus; varios tremamus casus; Deum, nimium fa-
uentē, pertimescamus; ne ideò altius ille sustulisse nos videatur
uereamur: ut lapsu post grauiore ruamus: fortunā vitreā, ne, dū
maximè splendet, ilicò frangatur, reformidemus. Quamobrem
linguam vesanæ multitudini peruersū suū iudiciū: cū reliqua
iuuenum lectissimorum, virorumq̄, probatissimorum, Corona,
quæ studium hoc colit, veneratur, ac suspicit, nostra tota sit; nec
eorū quisquā, quos vndiq̄, intuentes, ex hoc ipso loco, cernimus,
vnde ingenij lucem, virtutis suæ facem eximiam, sapius iam
ostentarunt atq̄, porro exerunt, non, cū ei apprimè faueat, tūc
de se, & dignitate sua, de fama & nomine, in hoc agi & decer-
tari iudicet. Sit hoc positum in primis, quod progressu tem-
poris plenius innorescet; studium hoc, si autorem spectemus, om-
nium esse dignissimum; si usum, fructuosissimum, summeq̄, nec-
cessariū; si statū, antiquissimū, iuxta & planissimū, si, deniq̄, ob-
lectationem, iucundissimum; ideoq̄, nullas vnquam ob causas
deserendum; quin contra audentius eundem: omniḡ, animi &
virum conatu, plenè perfecteq̄, cognoscendum; non obiter sal-
tem, ac per transfennam, quod aiunt, inspiciendum. Vos autē,
Collegæ optatissimi, ne aut modū, quem sibi proposuit, excedat,
sed exteremū aliquod habeat, nostra oratio: adeoq̄, antè dicendi

E. 3. ego

ego finē, quā vos me attentē audiendi, faciam; aut illud forte
Horatij mihi obijciatur: quid tulit hic tāto dignū promissor his
actu? aut fumō ex fulgore elicere, nō ex fumo lucem dare, videar;
vela, quod aiunt, contraham: vosq̄, Commilitones, & qui no-
biles estis, ad maiorum vestrorum imitationem exuscitabo: &
qui ingenio & virtute nobilitatem consequi potestis, ad eam
rationem, in qua multi homines noui, honore & gloria floru-
erunt, cohortabor. Vna haec est, credite mihi, & laudis, & dig-
nitatis, & gloria, via; à viris bonis, laudatis, sapientibus, nat-
uraq̄ benè constitutis, laudari & diligi, laudibus non minus,
quā premijs, hominum animi cum afficiantur ac gaudeant;
nosse descriptionem Imperij, à maioribus nostris, sapientissimē
prudentissimēq̄, constituti: nosse vim Iuris & LL., quibus ar-
tissimē illud deuincitur & continetur: nosse rationem, qua di-
uulsum id ipsum ac quassatū vicissim stabiliatur ac reparatur.
Huic hominum generi, aduersarij, inimici, inuidi, permulti
sunt: multa proponuntur pericula; multa inferuntur injuria;
magni subeundi labores, perferendae molestiae sunt; sed nobis
omnis oratio cum virtute, non cum desidia, cum dignitate, non
cum voluptate, cum ijs est, qui se patriae, qui suis, qui laudi,
qui gloria, deuouent, non, qui somno & conuiujs, ocio & de-
lectationi, natos sese esse, opinantur. Missos faciant honores,
voluptatibus qui ducuntur, irreciuntur, atq̄ inescantur: vitio-
rum qui se illecebris, prauarumq̄ cupiditatum lenocinijs, totos
dedunt; Rempubl. non attingant: patientur fortes labore suo,
in ea administranda, perfrui; ocio se suo pascant. Alijs enim,
non sibi, ocium ac voluptatem quaerant oportet; qui bonam bo-
norum famam, quae sola vera gloria appellatur, expectunt: his
ipsis pro communibus est commodis desudandum; sunt inimi-
ciciae adeundae: subeundae tempestates grauissimae: cum multis
audacibus & improbis, etiam viribus ac potentia probè instruo-
tis,

His, pugnandum atq; decernendum est. Hac, hac inquam,
Clarissimorum virorum, cum consilia, tum facta, extitisse, ac
cepimus & legimus: nec adhuc in laude, praeclearaq; existimati-
one positos eos fuisse cognouimus: aut adhuc constitui uidemus;
qui animi magnitudine, fortitudine, meritis, insignes, in invidios
vocare aliquam, dolose falsoq; aut studuerunt, aut adhuc studet: le-
ues semper, audaces, perniciosos & stimmatos eos fuisse, nouimus;
illos contra graues, principes, duces, & autores dignitatis atq;
Imperij, iudicatos ac habitos, cognitum profecto habemus. Ac
ne quis forte vestrum ex casu quorundam aduerso lapsuq;, hanc
viam rationemq;, reformidet; ij, quos quidem ego possum
dicere, praecclare de studijs hisce meriti viri, Papinianus, Vlpia-
nus, & alij, indignissime quidem conciderunt: quorum partim monu-
menta Roma celeberrima in foro visuntur: sepulchra desertis-
sima, in littore, propter Tyberim, relictasunt. Atq; hos ta-
men ipsos, & ob fidam Fisciprocuracione, & licentia militaris
acrem inhibitionem, inuidia flagrantes, saepe ipse Imperat. D.
Alexander Severus, periculo liberauit; alia, homines egregios,
iudicij iniqui, seditionisq; horrendae, procella evertit. Ceteri,
aut repentina vi, populariq; tempestate, perculsi, vicissim re-
creati sunt atq; reuocati: aut omnino inuolati illa siq; vitam
transegerunt. Interim, qui consilia sanorum, autoritatem bono-
rum, instituta maioru, proterue atq; contumaciter neglexerunt,
susq; deq; I. L. tulerunt, vindictam diuinam, iudicia ac cen-
suras spreuerunt prudentium, poenas vicissim, easq; longe gra-
uissimas, persoluerunt. Quod si ergo apud alios, longo, maioru a-
grauitate, interuallo seiunctos, sunt bene multi reperti; qui
contra nefariae multitudinis insolentem temeritatem, teme-
rariamq; insolentiam ac petulantiam, Rempub.; summo etia
suo, & extremo cum periculo, defenderunt; nulla hic inuidiam,

E. 4. calamis

calamitates nullas, nulla pericula, reformidarunt; qua etiam
fortissimorum aliquando frangere animos, atq; præclaris, sed
honestis interim atq; necessarijs, a vocare ab actionibus solent:
quid nos tandem præstare R. nostro in Imperio decebit? Inde pro
fectò grauitas nobis, animiq; magnitudo oborietur; cum tot tant
taq; gloria in eo relicta vestigia offendamus; ut hæc non preme
re, aut sequi, longè turpissimum videretur; ea præterea rerum
nostrarum fixa in Republ. sedem habeamus; ut, eam defenden
do, occidere, nihil aliud sit, quàm pugnando rerum potiri. Illi
vtiq; quorum antè est mentio facta, viri præstantissimi ac
clarissimi, iniquo à suis damnati iudicio fuerunt: at, quia bene
de re sunt meriti publica, tanta hodiè, vbiq; gentium, gloria
florent: ut horum famam & existimationem nulla delere aut
obscurare obliuio queat; eos, a quibus iniquè illi oppressi sunt,
nemo ferè absq; execratione nominat: usq; adeò quidem, ut illo
rum calamitatem, horum dominationi, longè multoq; omnes
anteponat. Sed me repete, Collega ornatissimi, de Clarissimo
rum fortissimorumq; virorum gloria dignitateq; verba facient
tem, plura etiam comemorare parantem, aspectus vester, ipso
in orationis cursu, reprimit: vestroq; iudicio exacto, bonorum
omnium mentes confirmare, improborum compescere conatus
velle, videtur. Proinde cesso, uos oro, obsecro, atq; obtestor; ut
ea, quæ dixi, animis vestris sensibusq; imis penitus mandetis:
nec aures vestras, prauissimis vulgi rumorib. detis; quibus hæc
studia è discerni excutere manibus, improbè nititur. Nolite
admittere; ut, si vos alia sæpè per vulgata ac leuia mouerint,
vox ipsa DEI immortalis aures temerè præteruolasse vestras
videatur. Fructus ob oculos animosq; vestros cõstituite, qui hinc
longè præstantissimi, copiosissimiq; proueniunt: studij huius neces
sitate, dignitate, iucunditate, alia plurima, etiã atq; etiã per
pendite: quæ mirabilem alioquin in sui accendere amorem con
ueuerunt:

sueuerunt: vt diuina fiducia, atq; auxilio coelesti, freti, nisi, ad
fisi, eò maiori alacritate atq; diligentia, planissimam eius
cognitionem requiratis: ad eamq; adipiscendam, omnem vestra
operam, curam, laborem, diligentiam, mentem, deniq; omnem,
vnice conferatis. Radices vtiq; malorū omnium funditus sese
extirpaturā, præclarissima hæc pollicetur scientia: vnde, haud
abs re ei nos excolendos damus: nosq; ab ea sanari patimur:
modo boni beatiq; esse cupimus; omniaq; adeò, & consilia, & au-
xilia, benè, beateq; viuendi, ab ea petimus. Est, nimirū, mundus,
fuit, & erit semper immundus; beati illi, qui in mundo immundo,
in mundi viuunt: hi beatissimi, qui toti ex sese apti, in ipsis
vnis, sua posita cuncta habent; quādoquidē ijs, quorū omnes spes,
ratio, & cogitatio, ex fortunæ ludibrio dependet, nihil certi,
aut etiam explorati est, vel dieculam aut horulam perman-
surum vnica esse. Sit hoc propositū cūprimis, quod esse merito
debet: vt patriam amemus; bonis consulamus; præsentis vitæ
voluptates neligamus; posteritati & gloriæ inseruiamus: virtu-
ti, rectæ, honestæq; vitæ, studeamus; famam in sepulchro præsto-
lemur; id esse optimum putemus, quod rectissimum; humanita-
tem colamus; non timori cuiquam, non dedecori, aut periculo
simus; detrimenta, iniurias, conuitia, vellicationes, contemna-
mus; magnoq; animò breuia incommoda perferamus: cum præ-
sertim, dū respicimus, uersamusq; nos, læta immortalitas adsit.
Illud persuasum nobis firmiter habeamus; quod, si honesta quæ,
nel maximis, cum laboribus præstiterimus, cedentibus molestijs,
dulcis adhuc supersit gloria; sin turpè quid, gaudijs cum amo-
plissimis, commiserimus, evanescat omnis suauitas, turpi res
manente in famia; ideoq; eas voluptates, quæ non præcedant
labores, sed pari eas passu sequantur, auidè venemur. Et, cum
homo homini, DEV S, idemq; Lupus sit; perdereq; & seruare
E. S. homio

hominē homini libeat; nos tamē hoc cogitemus; quod ex homine
periculum sit; ut aduertamus: quidnam potissimum hominis
requirat officium: utpote, idcirco intuendus qui est: ne ab ipso
ladamur; alterum ne ladamus; commodis omnium laetemur;
moueamur incommodis: meminerimusq̄, quānā praestari, quae
verò caueri debeant; illos beatissimos iudicemus; omnibus curis
qui vacent; nec alteri negotium praebeant; nec sibi quod faces-
sent. Cogitemus quoq̄, & istud; corpora nostra morti quidem
obnoxia, animorum verò motus, & virtutis gloriam, esse sem-
piternā. Neq̄, si opinionē hanc in fortissimo illo Hercule con-
secratam videmus; cuius corpore ambusto, vitam eius, & vir-
tutem, immortalitas excepisse fertur; minus existimemus, eos,
qui hoc tantum studium, suis & consilijs, & laboribus, auxe-
runt atq̄ defenderunt, vel, ut Augia stabulum, à quisquilijs
& sordibus, indefesso labore perpurgarunt, aut deniq̄, sartum
& stumq̄, conseruarunt, immortalem esse gloriam consecutos.
Mētis certē oculos altius si erigere, atq̄ sedem hāc, aeternāq̄ do-
mum, sanguine Mediatoris partam, intueri si voluerimus: neq̄
vulgi sermonibus dederimus nos; neq̄ in rebus humanis spem
ullā aeternae salutis posuerimus: suis nos illecebris oportet ipsa
virtus trahat, verum decus: meritum CHRISTI, firma fi-
ducia applicatum, noua vita ratione conformatum, prouehat.
Sorte, deniq̄, & morte, omnia in hoc mūdo finiri statuamus: hāc
cōstantia superare, illam patientia vincere, sedulo studeamus:
peccatorum memores crebrò simus; ut doleamus; mortis, ut de-
sistamus; diuinae Iustitiae, ut timeamus; misericordiae eiusdem,
ne desperemus. Vos igitur, quibus melior mens est, & erectior
indoles, agite dum, pergite, ut facitis, Collega; & in id studium,
in quo summa jam cum laude versamini, nauiter sic & deinceps
incumbite; amplissima, vberissimaq̄, meritorum praemia laturi;
eternam

eternam vobis laudem, decusq; immortale, paraturi; ut non so-
lum vobis honori, sed & vestris vsui, commodo Ecclesie, emol-
lumēto Reipub. olim esse possitis. Hoc agite o iuvenes: circū-
spicit, & stimulat vos, materiamq; sibi, DVCLIS indulgentia,
poscit. In tenui labor est: at tenuis non gloria inde manet; non
leuis hic prostat utilitas: adhuc vestra messis in herba est.
Quemadmodum igitur illi, quorum navis dubitans ac nutans,
magnam rerum aduersarum vim vndiq; circum spectans, im-
mense in mari agitur, laborem, tempestatis ingrauescentis fra-
cti seuitia, minimē omnium remittunt; sed potius conduplicant;
& à DEO ardentissimis contendunt votis ne; antē ipso in cursu
euertantur, quā portum conspexerint; ita & uos, ut summa,
& in hac, & futura vita, feliciter consequamini; vitanda eui-
tetis; indefinenter, & orabit, & laborabit; nec vllis horum
temporum, aut calamitatibus, aut difficultatibus, de loco vos
ac statione dimoueri vestra patiemini: ut minori cura, quā
par est, ac decet, studia hæc urgeatis: cum præsertim aures ves-
tras eorundē dignitas & amplitudo assidue circumsonet; nullo
vnquam tempore occasio has commoda destituat. Quod relis-
quum est, Assertiones hæc nostras, omnibus vobis ac singulis,
Collegæ ornatissimi, atq; optatissimi, lubens nunc, volensq;
propono, offero, atq; exhibeo, etiam atq; etiam rogans: placide,
& absq; animorum contentione vlla, de ijs mecū ut conferatis;
in dubijs, argumētis ac rationibus vestris egregijs, in contrariū
propositis, candidē me erudiatis. Nec tamen sufficientes à me
solutiones expectabit: ut, qui ex inscitia tenebris, tyro adhuc,
pedem nondum mouerim, nedum promouerim; satisfiet interim
pro uirili; meo id pede ac modulo metiri si uolueritis; vel in respō-
sionibus, si proba fuerint: vel in Præsidis obsequio, sin minus.
Sunt, uti nostis, non, vel ingenij, vel doctrinæ, vel fa- undiæ
alicuius

alicuius ostentanda gratia, differendi eiusmodi exercitationes
instituta; veritas ut inquiratur, inuenta defendatur, defensa
illustratur, id verò hic queritur, id spectatur, id propositum unice
iugiterque est omnibus, & uerò etiã esse meritò debet. Neque enim
ad perfectionem, imò ne quidem mediocritatem, unquam is venit,
qui à perfectione incipere vult. Etiam Hercule, primis annis,
passibus incertis oberrasse, & eadem didicisse, iisdem quoque ante
se exercuisse, Ciceronem, Aristotelem, Oratores, & I. C. summos
alios, constat; quàm ad eruditionis ac doctrinae solida cul-
mè atque fastigium aspirarent atque conscenderet. Quod
si igitur placuero, quantum volui, sin displicuero,
quantum potui, praestitero.

DIXI.



ERRATA TYPOGRAPHICA LECTOR CANDIDVS
ita emendabit.

In a. 2. à tergo, leget Antonino. a. 3. Iudicij. angustij. a. 4. definie-
tur, calumnia, recolere. In Lit. B. in pr. occurrent. b. 3. pro in fit, exclama-
uit. à tergo. impediuntur b. 4. à tergo. in marg. pro Cluentio. In Lit. C. à
tergo ne in minimis. c. 3. primò, eosdem, post, eadem. item, cultores est.
In Lit. D. à tergo. sarciri. d. 3. ut hostium. d. 4. circumscribantur.

Plura, quæ passim occurrunt, Sphalmata, incuria
Typograph. commissa, ea Lector, pro candore
suo, ipse restituet.

ASSER.

ASSERTIONES, DE PVBLICIS IVDICIIS.

I. THESIS.

OMnia iudicia, aut dirimendarum controuersiarū, aut puniendorum maleficiorum causa comparata esse, inter alios testis est Cicero: (a) idēq; Atheniensium exemplo; qui duas instituerunt βήλας, seu Curias: Quinquagenariam vnam, Arcopagyicā alteram, (b).

a) in Oration. pro A. Cæcili. b) Mynsing. Instit. h. t. in pr. n. 3.

2. De illis sufficienter hactenus, in Ciuilibus & Priuatis, tam ex Contractibus, quam Delictis, manantibus, Iustinus nostri præscriptum secuti, egimus: (a) reliquum est, ut in præsentia Criminalia quoq; & Publica, ex eiusdem nunc mente pertractemus: quæ ad accuratiorem eorūde cognitionem summè sunt necessaria, paucis dispiciamus. (b).

a) Disputationib. Collegar. superiorib. b) sec. l. ita uulneratus. D. ad L. Aquil. l. 3. C. de Episc. audient. l. sancimus. C. de Pœn.

3. Dicuntur aliàs Publica iudicia, quasi populica: (a) eò quod cuius de populo, etiam non læso, eorum persecutio competit: (b) & verò plerunq; etiam executio datur: (c) ut potest, quod in ijs de crimine, ad omnes spectante, (d) adeoq; primariò utilitatem publicam concernente, (e) queritur. Hic verò de ijs nobis res est: quæ idcirco Publicorum sortita nomen, quod certa quadam legetalia constituta sunt. (f).

Definitio
nominis.

a) l. 15. cum l. seq. D. de V. S. b) §. publica. & §. uniuersitatis. Instit. de R. D. & V. Vesenbec. h. n. 1. c) l. 4. §. senatus D. de ritu nupt. l. 8. l. 9. D. de accus. §. 1. Instit. h. t. d) l. 4. C. de Heret. & Manich. e) l. 32. §. Iulianus. D. de recept. qui arbitr. recep. l. ult. D. de Colleg. l. 1. D. ad L. Cornel. de sicar. f) l. 1. D. h. t. l. 2. §. 32. u. deindè Cornel. D. de O. I. & d. l. 32. §. 6.

4. Sunt autē ea nihil aliud, quam persecutio criminū grauiorum, a Reo accusato commissorum, secundum modū, Rei, eiusq; illi, præfinitum, ad uindictam & pœnam, instituta: ut is conuictus, per singula membra, ex

Planatio. uictus, à Iudice damnetur, & demum pœnæ subdatur: quò
eius exēplo comonefacti alij, similibus à flagitijs deterreantur:
vulgo, zu straff des vbeln / andern zum exempel vnd abschew.

5. Iam, de ratione, qua Iudicia hæc ab Actionibus, tam
in instituendo, quam exercēdo, differūt, nobis vt cōstet: singula
la Definitionis huius verba, exactius aliquantò examinabimur:
indē, ad Diuisionem eorundem, Explicationem singularem,
rem, ad eòq; ipsam Executionem, ordinē progrediemur.

6. Dicuntur autem, **PERSECVTIO CRIMINVM
GRAVIORVM**: quia publicam & singulorum turbant trā-
quillitatem: (a) quæ, licet olim, vel à lege, (b) vel magistratu
tantum maiore, coercerentur: & demum à Principe. (c) hodie
tamen ad quemlibet, omnimoda Iurisdictione gaudentem,
eorundem vindicatio traducta est; (d)

a) l. 13. D. de off. Præs. b) l. 1. D. h. t. c) sec. l. 1. D. de off. Præs.
urb. & d. l. 13. l. 1. D. de off. eius cui & c. d) VVesenb. h. in supplē
ad Schneidew. n. 4.

7. Dicitur, **AREO COMMISSORVM**: quia
omninò de ipso delicto vt constet, requiritur: antè, quam hoc
in casu vltèrius quid suscipiatur: (a) maximè, cum in dubio
fatius sit, nocentem absoluerè, quam innocentem damnare.
(b).

a) Clar. lib. R. S. 5. §. fin. q. 4. b) l. absentem D. de poen.

Qui accusa
re possunt,
& qui pro-
hibeantur.

8. Dicitur, **ACCVSATO**: & quidem ab eo, qui le-
gitimam standi in Iudicio personam habet: (a) vndè mulieres,
(b) pupillos & minores, (c) magistratus, (d) milites, stipendi-
aria qui merent, (e) & infames, (f) iure arceri videmus: quibus
& illos accensemus, quos, vel turpis quæstus causa, (g)
vel condicionis, (h) consanguinitatis, (i) paupertatis (k) item
ratione, vt & calumniæ ob suspitionem, (l) hinc remoueri de-
prehendimus.

a) l. 8. D. h. t. b) l. 1. 2. & d. l. 8. D. eod. c) d. l. 8. arg. l. 2. C. qui
legit. pers. stand. in iud. & c. l. 4. C. de auctor. prest. Clar. d. §. fin.
q. 14. n. 7. d) d. l. 8. l. 15. D. ad L. Iul. de adult. c) d. l. 8. l. non prohibe-
bentur l. si crimen. D. h. t. l. 7. C. de procur. f) l. 4. & d. l. 8. D. h. t.
l. 15. C. eod. g) l. 16. C. h. t. Cuiac. 6 O. 12. & d. l. 4. & 8. l. eadem
§ 1. & 2. D. ad L. Iul. repet. h) d. l. 8. D. h. t. l. ult. C. d. t. i) l. 13.
l. 14. l. 18. C. d. t. k) l. 10. D. h. t. Cuiac. 17. O. 30. & Nou. 15. in fin.
l) l. 4. l. 9. D. h. t.

2. Vt ta-

9. Ut tamen, hodierno ex usu, milites, (a) & honestæ
vitæ ac famæ, pauperes, (b) neutiquam ab accusando repelli,
lubentes concedimus: & verò plerosq; hos etiã in læsæ Maie-
stat., (c) ut & fraudatæ annonæ, (d) crimine, suam, item, suos
rumuè si persequantur iniuriam, (e) haud inuiti admittimus:
adulteri dummodo mulier virum non accuset suum: (f) ita
quoq; plures vnum, de eodem scelere, si ij concurrant, & æquè
omnium intersit, rectè accusare posse, (g) haud grauatè largi-
mur: inter eos, si non conueniat, prouidi esse iudicis, æstimant-
tes, magis idoneum ex ijs eligere, cæterisq; præferre, (h).

a) Dn. Gothofred. ad d. l. 8. C. h. t. Clar. d. loc. q. 14. v. quero

b) Gothofred. d. l. 10. D. h. t. Clar. d. q. 14. v. sed hic etiam quero.

c) l. 7. cum l. seq. D. ad L. Iul. Maieft. d) d. l. 13. D. h. t. l. 1. l.

3. § fin. D. ad L. Iul. de annon. e) l. 4. § 9. l. 1. l. 2. § fin. D. h. t. l.

4. 5. 8. C. eod. f) l. 1. C. ad L. Iul. de adult. Nouel. 134. g) Duaren. l.

D. 1. c. 39. per l. 4. C. h. t. l. 3. D. de sepulchr. uiol. VVesenb. D. h.

t. n. 9. h) l. 16. D. eod. d. l. 3. §. 9. & l. 3. D. de lib. hom. exhib. l. si

uerò §. hæc autem D. de his, qui deiec. uel effud. l. si plures. D. de po-

pul. actionib.

10. Idem verò tum demum obtinere arbitramur: si et eū ^{Quinam ac-}
accusare velint, qui accusari quoq; rectè queat. Accusari au- ^{cusari pos-}
tem Rei possunt omnes, cuiuscunq; tandem ñ sexus, (a) ætas ^{sint, & qui}
tis, (b) & conditionis, (c) fuerint: vbi tamen impuberes, doll ^{non.}
capaces, requirimus: (d) & in genere, ætatis ratione, pœnas
mitigari nonnunquam solere, concedimus: (e) quò ad seruos,
certas quasdam ll. haud immeritò excipimus: quibus rei non
fiunt: eò quod pœna, legibus illis constituta, ijs non competit:
quamuis tñm extra ordinem eos puniri non negemus. (f).

a) tot. h. t. D. & C. b) l. 7. C. de pen. c) l. 5. in pr. & l. 12. D. h. t.

d) d. l. 7. l. 111. D. de R. I. l. 23. D. de furt. e) l. 37. §. in delictis D.

de minorib. 25. an. l. 108. D. de R. I. f) l. ult. d. l. 12. D. h. t. iuncto

§. 3. l. 16. D. de pen.

11. Non æquè criminum rei postulantur mortui: (a)
præterquàm ob læsæ Maieft. atrocitatem: de qua etiam post o-
bitiū, fataq; suprema, inquiritur: (b) nisi non fuerint Perdu-
ellionis rei: (c) ut nec Princeps, vel Augusta, (d) legati, & ma-
gistratus, quàm diu in officio sunt, (e) Præsides, & Reipub.

P. 3. causa

causa qui absunt, (f) sententia absolutoria liberati, (g) nisi de prauaricatione eorundem doceatur, (h) vel ob aliud delictū, cuius rei accersiti antē non sint, accusatio instituat, (i) aut ab instantia tantum absoluti, de eodem scelere, iteratō accusentur, (k).

a) l. 3. & 6. D. de P. l. 2. l. 4. C. si reus uel accus. mort. & c. l. antep D. h. t. § deinceps. Nouel. 22. de nupt. b) l. 7. & 8. C. ad L. Iul. Maieft. Vult. l. R. 61. in fin. c) arg. l. ult. C. d. t. d) per l. 30. D. de LL. Myn. sing. 5. O. 1. Gail. 1. O. 1. e) l. 12. D. h. t. Clar. d. loc. q. 16. VVesemb. In. stit. h. ad Scheidenw. n. 7. & D. de accusat. n. 10. f) d. l. 12. in pr. arg. l. 15. § L. Iulie ubi distinguntur, & l. 38. § fin. D. ad L. Iul. de adult. g) l. 7. § iisdem D. h. t. d. l. 15. § si antē. VVesemb. D. d. loc. in fin. h) l. 3. D. prauar. l. 4. § fin. D. de adult. Paul. 1. S. 6. i) l. 3. § sed si aliud D. h. t. l. 11. C. eod. E) d. l. 10. § quod si libelli. D. d. t. c. perscripta § libellorum. 2. q. 8.

12. De absentibus, si quaeritur, non rectē quidem iure Civili, quando capitale crimen in lite est, accusantur: (a) in tantum, ut nec procurator, nisi persona illustris sit, admittatur: (b) sed hoc obseruatur, ut requirantur, Edictis adesse iubeantur, bona, interim, eorundem obfignentur: (c) si non comparent, pro confessis habeantur: Banno Imperij proscribantur: & deniq; damnentur, (d).

a) l. absentem C. h. t. l. 2. C. de exhib. b) l. 1. D. an. per al. caus. appell. & c. § in summ. Instit. de iniur. l. fin. C. eod. c) d. l. absentem l. 1. & 2. & tot. tit. D. & C. de requ. reis. & Nouel. 134. Vigel. in M. l. C. l. 1. c. 15. de actionib. & offic. contr. reum. d) VVesemb. D. h. t. n. 13. Chil. Könn. in Procef. tit. von der acht. Specul. in § sequitur. 6. n. 1. h. t. Clar. d. loc. q. 44. n. 3.

13. Rei praesentes, siue citati sese, saluo impetrato conductu, aut securitate publica concessa, (a) repraesentarint, siue, fuga sibi consulere laborantes, intercepti sint, aut carceri mandantur, aut militum custodia, (b) aut fidelissimis, (c) si nō quaestio de capitali crimine sit, (d) aut suę quoq; interdū fidei, (e) prodiuersorū locorū recepta consuetudine, (f) committuntur: quoad legitimē se defendant ac purgent: (g) & per sufficientes, testium, instrumentorum, aliorum uē indiciorum, probationes, de crimine plenius constet. (h).

a) C. crim.

d) C. crim. N. art. 76. & 156. Gail. 1. O. 1. 8. 4. & seq. b) l. 1. D. de custod. reor. c) d. l. 1. Kön. d. process. c. 46. n. 3. d) Clar. d. §. fin. q. 46. Vult. 2. I. R. c. 30. n. 39. e) d. l. 1. in fin. D. h. t. ibi. Vvesenb. n. 5. & tot. tit. D. & C. de custod. reor. Nouel. 134. c. 9. f) Mesnoch. 2. A. 1. Q. 303. g) l. 1. in pr. D. de uacat. mun in pr. tit Instit de except. d. C. crim. N. art. 89. h) l. 4. & 5. D. de fid. instrum. l. 1. §. 6. 7. 9. & seqq. l. in exercendis. C. eod. l. 1. & l. fin. C. de testib.

14. Quod, si custodia traditi Rei, clanculum elabantur: non ideo, quasi convicti, damnandi ilico erunt: sed hæc fuga, delictum commissum aggravabit: & extra ordinem punienda erit: (a) ita quidem, ut, si violenter carcerem effregerint, capite plectantur: (b) nisi forte insontes fuerint: (c) si per apparitorum incuriam euaserint: ipsi in eorundem succedant vicem: ac, pro delicti modo, poenas luant. (d)

a) gloss. & Dd. in l. eas uidelicet. D. h. t. per §. prohibemus in Nouel. de Collat. las. post alios, in l. admonendi D. de Iureiur. n. 169. b) l. 1. D. de effract. c) Mynsing. 6. O. 98. n. 5. Couar. l. 1. c. 2. n. 11. d) l. 12. l. 14. §. 2. D. de custod. reor. l. 4. C. eod. Vvesenb. h. n. 5. Clar. d. loc. q. 68.

15. Dicitur ulterius, SECUNDVM MODVM, LL. PRÆSCRIPTVM, INSTITVTA: quia, etsi ordinariè in causis Criminalib. proceditur, quando delictum notorium est: (a) quemadmodum & in leuioribus: (b) ordo quoque ludiciorum vetus hodie ferè in usu esse desijt: (c) nihilominus tamen solemnita quaedam certa adhuc in considerationem hic veniunt.

a) Bl. & Dd. in l. ea quidem l. C. h. t. b) l. 6. C. ibid. c) l. 8. D. de P. I.

16. Tum demum enim legitimè instituta esse censetur accusatio: quando libellus accusatorius offertur: (a) persona in eo, & delinquens, & deferens, exprimitur: (b) adiecto loco, anno, mense, (c) die etiam, & hora, si Reus exigat, & sciri queat, commisi facinoris: (d) absque ulla tamen conclusionis annexione: (e) satisfactiones, itè, præstatur: (f) lis contestatur: (g) exceptiones & defensiones, non æquè iuramenta, recipiuntur: (h) probationes euidentissime tantum adhibentur: (i) præsumptiones vane reiiciuntur: quamuis non raro ex earundem probabilitate, Reus absoluitur. (F)

a) l. 3. D. h. t. b) d. l. 3. Felin. in c. auditis circ. fin. de præscript. F. 8. & Myns.

o) Mynf. 2. O. 23. G. 1. O. 64. n. 9. d) d. l. 3. in fin pr. ibi. Br. Gail. d. loc. n. vi. in fin. VVesemb. D. h. t. n. 12. e) Gail. d. l. O. 1. o. 61. n. 18. Br. in l. 2. § si publico. n. 13. D. de adult. f) § ex maleficijs. Instit. de action. & tot. tit. de satisdat g) l. 15. § pen. D. ad Sc. Turpil h) l. 1. ubi Dd. D. de Iureiur. i) l. ult. C. de probat. f) de quib. VVesemb. Instit. h. t. in Supplem. ad Schneidenw.

17. Hic tamen illud moneamus oportet: ut libellus ille inscriptionis clarus sit & perspicuus, nō obscurus aut generalis: (a) præsertim, cum hoc usq; adeo requiratur: ut, quamuis de eo nihil prorsus ab aduersa parte opponatur, in Criminalibus tamē neutiquā is procedat: (b) ut & loci ac temporis perpetrati delicti, ita necessariam esse annotationem statuimus: ut, ea prætermissa, ipso iure vitietur libellus: (c) id quod & tūm contingit, ubi accusatoris & accusati idem nomine destituitur, d.

a) Gail. d. l. O. 62. n. 2. & O. 66. n. 6. & 1. de P. P. n. n. 31. auth. offeratur. C. de lit. contest. l. fin. C. de annal. except Dd. com. in l. 1. D. de edend. d. l. 3. ubi. Br. D. h. t. Bl. in l. unic. 21. in fin. C. de confess. Vantius. de nullit ex defect. proce. n. 26. c) per text. in d. l. 3. in pr. Br. in l. 1. n. 8. D. de except. Mynsing. 2 O. 2. n. 11. & seqq. d) d. l. 3. C. crim. N. art. 88. v. item, in dem/ cum art seq.

18. Conclusionem quod attinet, eam verò ludicem, ex officio, omnino supplere posse, censemus: etiam tūm, cum aliter quā oportebat, petitum fuerit: (a) succedente nimirum, ex facti narratione, pœna, legibus, vel statuto, definita: (b) vel ea deficiente, ex loci consuetudine, aut, æquo & bono, arbitraria: (c).

a) Br. in l. quid ergo § pœna D. de his qui not. infam. Bl. in l. 3. C. eod. Ias. in l. 22. n. 24. & seq. D. si cert. pet. Mynsing Cent. 4. O. 81. b) Menoch. 1. A. 1. Q. q. 35. n. 12. l. 31. § 1. l. 244. D. de V. S. c. licet ē. de pœn. c) l. 13. D. de pœn. C. crim. N. art. 104. in pr. & v. aber in etlichen.

19. Neq; tamen idcirco hoc dicimus: ac si loci aut tēporis, (a) vel diei, aut horæ, (b) exceptione, confestim Reum liberari putemus: cum, quæ necessario in confesso non requiruntur, si minus apte interueniant, actum neutiquam vitient: (c) & verò etiam alias, accusatore in probatione deficiente, reus tamē

us tamē protinus ne utriquam absoluat: si ad huc alla indicia
Iudicem in suspicionem iustam pertrahant. (d)

a) *Immol. in l. 15. §. qui reus D. de P. l. Gomez. 3. V. R. 11. n. 6. u. quarto*

b) *idem d. loc. n. 6. & 7. & ibid. Soar. Lit. E. c) per text. l. 21. D.*

qui test. fac. pos. l. 1. §. fuit questum D. ad. Sc. Trebel. d) arg. l.

2. C. de abolit ubi Dd. Mynsing. 5. O. 12.

20. Cæteræ qualitates, quæ delictum aliàs, vel eleuant,
aut aggravant, utrum ab initio confestim adiectæ sint, parum
refert: cum semper adhuc addi antè sententiam queant: (a) ita
quidem, ut, licet in libello eæ appositæ, non verò probatæ sint,
rectè tamen nihilominus Iudex, delicti veritate simpliciter des
prehensa, ad condemnationem procedat (b).

a) *l. 4. §. si detracta D. de noxalib. actionib. ubi. Dd. b) Gomez. d. loc. c.*

11. n. 7. ibi Soar ad Lit. F.

21. Et si autem inscriptiones hodiè, & subscriptiones, in
desuetudinem abierunt: (a) supplicij tamen similitudo idcirco
in calumniatoribus minimè cessat: (b) quippè, cū cautio, iniuriæ
illatæ, & expensarum refundendarum nomine, si causa cadat,
ab accusatore præstanda omnino sit: (c) aut, satisfacere si ne
queat, in custodia detineatur, quoad delite prosequenda, in
iuriæ compensanda, idoneè cauerit: (d) idq; propterea, ut
calumniandi cœca libido coerceatur: (e) præuaricandi ratio
præpostera inhibeatur: (f) nec absq; abolitione, seu necessitas
tis accusandi remissione, (g) temerè a iudicio recedatur: pœnis
interim, in hoc committentibus præstituis, ne utriquam cesa
santibus. (h.)

a) *l. ult. ubi. Dd. C. h. t. b) VVesemb. D. eod. n. 12. c) C. crim. N. art.*

12. u. So balt er angeklagt l. 7. D. h. t. l. 3. C. qui accus. nō poss. d) l.

17. C. h. t. l. 5. C. de exherede & c. d. C. crim. N. art. 14. u. als lang, vñ

die weil. e) d. l. 7. D. h. t. l. 3. in pr. l. 10. C. h) t. f) l. 1. D. de præuaric.

l. 212. D. de V. S. g) l. 8 & 9. Dad Sc. Turpil. h) l. fin. C. de calumni. l.

2. & 3. D. de præuar. l. 51. D. ad L. Aquil. l. con-gruit. D. de offic.

præsidi.

22. Probationes utiq; hic requiruntur exquisitissimæ,
& maximè dilucidæ (a) nec permittitur, ut quis condemnatio
nem ullam, ex indicijs, præsumptionibus, suffragijsuè emē
dicatis alijs, sufferat: (b) imò verò, si quædam indicia pro Reo,
quædam contra eundem militent, illa palmam obtinent: tor
ture

ture viana omnem intercludunt. (c)

a) l. sciunt C. de probat. l. sing. C. de accusat. l. qui sententiam. C. de pan. b) l. absentem in pr. D. eod. tit. l. 1. in fin. D. de quest. c) arg. l. 1. l. 115. §. 1. D. de V. S. c. 49. de R. I. in 6.

23. Dicitur deinceps, **AD VINDICTAM ET POENAM ACCVSATO**: ubi, cum ex delictis, tam Publicis, quā Priuatis, & Criminaliter, & Ciuilitur, licite agatur, (a) in inuestigatione discriminis horū iudiciorū, eorum subsistere sententiā intrepide decernimus, qui illo casu Fisco, hoc Accusatori, applicari pœnam statuunt: (b) moti ex eo, quod, etiamsi Ciuiles causę pecuniarię sępissimę dicantur, (c) de causa tamen criminali sermo saltem ubi sit, iudicium, ratione delicti, Criminaliter appelletur: licet pœna, quo ad crimen commissum, irrogetur pecuniaria: (d) ad l. 3. interim, 3. C. si pend. appell. mors interu: M. A. Delrionis, (e) ex æquō responsionem attendentes.

a) l. 3. D. priu. del. & similib. quas refert VVesemb. ibidem n. 4. quorum diuisionem exhibet Cuiac. 8. O. 33. I. Robert. I. R. S. 10. b) Accurs. in l. 3. uerb. centum aureorū. D. de sepulch. uiol. cuius mentem explicant porro & confirmant, Duar. 1. D. 35. Robert. 4. S. 9. per l. 9. §. illicite D. de publican. & uestigalib. Maranth. in Spec. Aur. p. 4. distinct. 1. n. 1. & 2. Gail. 1. O. 65. n. 2. Gædd. in l. 17. n. 21. D. de V. S. c) l. ult. D. de fer. quib. respondetur ad l. 22. D. ad Sc. Sylan. ubi pœna applicatur fisco, & tamen causa dicitur pecuniaria d) l. ult. D. de priu. del. d. l. 22. quam explic. Menoch. 2. A. 1. Q. c. 265. n. 7. cum seqq. e) in l. transigere. n. 18. & seq. C. de transact.

24. Purgationem verō illam, Canonum iure introductam, qua diffamatus innocentem sese esse deierat, & compurgatores, pro rei ac causę qualitate, certos producit, omnino reprobamus: (a) ut & eam rejicimus: quę, vulgata consuetudine, per duellum aut monomachiam, ferrum candens, aquam frigidam, institui consuevit: (b) interim tamen in plerisque, & quidem leuioribus criminibus, apertis innocentię indicijs purgentibus, iuramentum purgationis suppletorium, neutiquam excludentes: (c) præsertim, cum, id l. Ciuili apprisimę consentaneum sit: ideoq; merito iudicis relinqui arbitrio debeat. (d).

a) Hostiens.

Hostiens. tit. de purgat. Can. n. 4. n. quattuor fieri debeat, b) Idem de purg. utig. c. 1. 2. & 3. e. d. t. ibidemq; Hostiens. & Panorm. Hottom. Disput. de F. 44. c) Gail. 2. O. 106. Clar. d. loc. q. 63. n. 4. & 5. d) Idem ibid. Menoch. l. 2. de A. 1. Q. 9. 274.

25. Vtrū autem 20. annor. præscriptio, publicis accusationib. officiat, perplexa, & cōstragosa satis quæstio est. Nobis affirmantiū arridet & probatur sentētia: (a) usq; adeo, ut ordinariā cuiusq; malefici præscriptionē, non solū accusationē tollere, verum etiam Fisco, & ipsi Magistratui, ex officio, vel, per inquisitionem, procedere volenti, præiudicare affirmemus: (b) ita quidem, vt tempus istud, a die commissi delicti, currere incipiat. (c) alijs nonnullis actionib., minus præfixum spacium esse, non negemus. (d)

a) l. 12. C. ad L. Cornel. de Fals. b) Gedd. in l. 31. §. 1. D. de V. S. Gomes. d. loc. c. 1. n. 6. per l. 1. & l. Diuus La. 2. C. de custod. reor. l. pen. D. de P. I. c) Anchor 2. Q. V. 49. n. 10. & seqq. d) arg. l. si conuicij C. de iniur. §. in summa ibi gloss. & Dd: Instit. eod. l. quinquennium D. ad L. Cornel. de adult. & eorum. quæ tradit Beust. in Repet. l. admonendi. n. 870. C. de iureiur. l. 2. C. de apost. l. 2. C. de uectig. & com Gomes. d. loc. c. 14. n. 5. Clar. 5. R. S. §. Lese maiest. n. 16. Gail. 1. de PP. c. ult. n. 9. Videatur quoq; Gothofred. ad. l. 12. C. ad L. Cornel. de fals. lit.

26. Accusationi vicina est Inquisitio, qua, commisso aliquo grauiore crimine, Magistratus ex officio suo nocentes cōquirat ac punit: (a) modō de delicto perpetrato certō cōstet: (b) aut diffamatio ex bonis & honestis viris orta sit: (c) ut iuste iudicem ad inquirendum moueat. (d)

De Inquisitione iudic:

a) Nouel. 128. c. 5. & 21. tot. tit. D. & C. de accus. & in script. l. 10. C. de Epis. & Cler. l. 1. C. de custod. reor. l. 13. in pr. D. de offic. Præsid. l. 1. C. de cur. & stat. lib. 10. l. 1. §. 12. D. de offic. præf. urb. H. Hartm 2. O. 50. o. 12. b) l. 1. §. 24. D. ad Sc. Syl. Alciat. in c. permissosam n. 34. & 47. de offic. ordin. Clar. d. loc. q. 5. & 6. c) c. qualiter c. cū oportet. de acc. c. inter sollicitud. de purgat. c. 3. q. 7. c. 11. q. 3. c. 2. de acc. in 6. c. licet de Simō. d) Damhuder in Pr. C. c. 8. n. 7. & seq.

27. Sed & tūm demum rectē hæc procedit Inquisitio, si auctoꝝ

Auctores diffamationis declarentur: (a) ea duobus, ad minimum, fide dignis testibus, probetur: (b) ita tamen, ut, cum utroque iure inquisitio hæc modus procedendi extraordinarius sit, (c) accusatore ordinario superueniente, hæc cepta, rursus evanescat: accusatio instituat: nisi verò lis iam tum contestata sit: (d) licet hodiè indifferenter in omnib. Criminib, & semper locum habere, ex usu recepto, soleat. (e)

a) l. si quis Decurio. C. de fals. auth. hodiè C. de repuls. b) l. ubi numerus D. de testib. c. in omni & c. licet uniuersis e eod. c) Clar. d. loc. q. 3. u. debes autè Pãorm. & Dec. in Rubr. de iudic. n. 7. d) arg. l. 74. D. de iudic. l. 13. §. fin. D. de uacat. l. 15. §. prescriptiones D. de adult. c. cum iudex ubi gloss. e. de caus. poss. & propriet e) Clar. d. loc. u. sed certè & q. 5. u. quero.

De Denūti
atione An
notatione,
Exceptione
Notorietas
et.

38. Ad hosce duos modos, quibus Publica delicta persequimur, Accusationem, dico, & Inquisitionem, deinceps & Denuntiationem, iudici, de delicto, a certò quodam commisso, factam, (a) utroque iure receptam, (b) &, si qui adhuc sunt alij módi, (c) commodè referri posse, arbitramur: ut, qui nō sunt quam proximi: cum non minus periculum subeat is, qui denunciat, quam ex Inscriptioe qui deserit: quamuis relationem inscriptiones hæc non exigant. (d)

a) C. crim. N. art. 6. u. 46. & 88. Clar. d. l. q. 3. n. 1. & q. 7. n. 1. 2. 3. R. 27. in fin. V. V. esenb. D. h. 1. n. 2. Mult. h. arg. rubr. tit. de accusat. inquisit. & denunt. ubi Canon per l. 6. §. 3. D. ad Sc. Turpil. & tot. b. tit. C. de accusat. l. 1. C. de cur. & stat. libr. 12. l. 3. D. de offic. presid. l. si quis C. de Episc. aud. c) ut, Annotatio, Exceptio, & Notorietas: c. 9. c. 16. c. 24. u. contra quos e. h. l. c. 31. u. contra quos e. de Simon. d) l. 17. ubi Dn. Gothofred. & d. l. 14. C. h. t. d. l. 6. §. 3. D. ad Turpil. l. 6. D. de testib. reor.

De Questi
& qui ijs
subijci poss
sint, quara
tione, item,
et modo &

29. Dicitur præterea in definitione, ad rem ut redeamus, **VT CONVICTVS**: quod verum, modo evidentissimis probationibus conuincatur (a) Cōstat autem, Reum vel spontè confiteri crimen, & ex propria sua confessione damnari: (b) vel idem negare: (c) tumq; in grauioribus delictis, poenam capitis, vel, ad minimum, cum iustigatione coniunctam relegationem, concedentibus, (d) modo aliter exquiri veritas nequeat, omnesq; aliæ probationes deficient, (e) sufficientibus prius iudicijs probatis ac cognitis, (f) locum torturam in venire,

ventre, in his, qui iure subiectionis questionibus non prohibentur. (g)

a) l. ult. C. de probat. b) Vvesenb. D. h. t. c) l. 8. in pr. l. 9. l. 1. § in causa
D. de Quest. h. t. d) d. l. 1. l. 6. § 1. D. eod. l. 1. l. 10. C. eod. l. 1. C. 19.
n. 31. e) l. 8. D. h. t. f) l. 1. in pr. l. 18. § 1. D. eod. l. 3. l. 8. C. d. t. Vves
senb. D. h. t. C. crim. N. art. 20. 23. 27. & seqq. g) d. l. 8. § fin. C. d. h. t.

30. Iure autem immunes a tortura videmus, innocen-
tes, (a) impuberes, (b) mulieres grauidas, (c) senes deliros, (d)
Milites, & Nobiles, (e) Doctores item, (f) & Senatores, Decu-
riones, eorumque liberos: (excepto tamen casu l. 11. C. h. t.) alie-
osque, in dignitate constitutos, proceres, (g) & denique omnes eos,
qui testimonium contra quem dicere alias cogi nequeunt: (h)
praeterquam in Laesae Maiest., Perduellionis, Simonie, Falsi,
fraudati Cesus, & similibus criminibus alijs: in quibus nullam
eisdem, vel dignitatis, vel aetatis rationem, a tortura releuare
asserimus. (i)

a) l. pen. C. h. t. b) l. 10. in pr. l. 15. § 1. D. eod. l. 1. § 32. D. ad Sc. Syllan.
Clar. d. loc. q. 55. n. 12. c) l. 3. D. de pen. d) l. 7. § 3. D. d. t. ad Syllan.
Clar. ibid. q. 64. n. 9. gloss. in l. 1. § impubes. uerb. aetas. l. 3. § ignosci-
tur D. de Sc. Syllan. e) l. nullus C. ad L. Iul. Maieft. l. desertorem § 1. D. de
re milit. l. milites L. Diuus C. h. t. l. Seuerus C. de dignit. lib. 12. f) Clar. d.
q. 64. n. 16. Br. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. g) l. 8. 10. 11. 16. C. h. t.
Clar. d. q. n. 17. h) l. 1. § sed nec libertum. & § Imperat. & l. 3. D. h. t.
i) l. 10. § 1. l. 17. in pr. & § 1. D. h. t. l. 3. in uerb. cum in huiusmodi &
l. 4. C. ad L. Iul. Maieft. l. 1. l. 16. in fin. C. h. t.

31. Quenam vero indicia sufficienter satis Iudicem
instruant, cum definiri facile nequeant, eiusdem dijudicanda
arbitrio relinquimus: (a) ubi tamen solam diffamationem
publicam, (b) minas praecedentes, (c) socii criminis confessio-
nem, (d) rei, in loco suspecto, deprehensionem, (e) eiusdem
ue, cum facinorosis, conuersationem, (f) fugam, (g) aut delin-
quendi uerosam consuetudinem, (h) multo minus, ab incanta-
tore petitum testimonium, (i) torturae neuiquam aperire uiam
posse, arbitramur.

a) arg l. testium fides §. quae argumenta D. de testib. Myns. 6. O. 97.
Menoch de A. l. Q. c. 270. n. 3. & seqq. C. crim. N. art. 18. u. die
selbe sa b / & art. 42. & seqq. b) c. 21. §. quae fuisse c. 24. è de accusat
c. 35. q. 6. l. 12. § 1. C. de pen. l. 3. D. de testib. l. Pacumei. C. de he-

G. 2. red.

red. instit. laudatissimos C. de offic. Rector provinc. c. 8. q. 1. c. 2. e de
Elect. & Elect. potest. Menoch. 1. Presumpt 89. n. 28. &
seqq. c) arg. l. 18. l. 1. §. 2. D. h. t. l. 8. §. 1. C. eod. Menoch. de
A. 1. Q. q. 89. n. 60. C. crim. N. art. 25. 32. 44. d) l. fin. C. de accusat. ibi
Gothofred. l. 1. §. 5. l. 16. §. 1. & l. seq. D. h. t. l. 4. C. eod. Menoch.
2. de A. 1. Q. Cent 5. cas. 474. n. 42. e) C. crim. N. d. art. 25. f) ibid.
v. 3um vierden g) Dd. in l. admonendi D. de iureiur. Gail. 2. O.
109. n. 6. & seq. Myns. 6. O. 91. n. 2. Menoch. 1. Pres. 89. n. 63. per
l. impuberibus. §. praterea, D. de suspect. tut. h) Menoch. d. p. 89.
n. 25. d) l. 13. & 15. D. de iniur. C. crim. N. d. art. 25.

32. Pari ratione asseueramus, neq; sanguinis eruptio
onē, ex occisi cadauere, homicida præsente, factam, alterius u
signi editionem, (a) nec inimicitiam cum aliquo capitalem, (b)
nec uxoris, penes maritum, in lecto mortuæ, inuentionem (c)
nec offensi, ipso etiam in mortis articulo, *in uerba* cet aut
iuramento, confirmatā, assertionē, (d) nec confessionē etiam
extraiudicialem, apud Iudicem postmodum reuocaram, (e)
nec unius testis, fide etiam dignissimi, depositionem,
(f) ad quæstionem decernendam sufficere: sed plura coniu
ntim requirimus: (g) ea quoq; ipsa, si per singulares tantum
probenur testes, neutiquam esse coniungenda, sed duorum
vnumquodq; testimonio firmandum, (h) tuebimur.

a) Gomez. 3. V. R. 13. n. 25. L. Lemn. de O. R. M. c. 7. b) arg. l. 3. §
eiusdem D. de testib. l. 1. §. praterea D. h. t. Menoch. 1. Pres. 89. n. 50.
c) Boer. Decis. 261. d) l. 1. l. si quis in graui. §. si quis moriens, D.
ad Sc. Syllan. Gomez. d. loc. n. 16. 17. & 113. Menoch. d. Pres. 89.
n. 77. e) l. 2. C. de custod. reor. c. quoniam. de probat. Menoch. d.
loc. n. 25. f) l. 2. §. 4. l. 20. D. h. t. l. 9. C. de test. g) l. 1. §. 1. l. 18. §. 1.
D. h. t. l. 3. l. 8. §. 1. C. eod. arg. l. ubi numerus. D. de testib. l. libertas.
§. ult. D. de manum testam c. pluralis. de R. I. in 6. h) Hyppol. in l.
unius §. testes n. 2. & in l. de minore §. pluriū D. h. t. ibi vves.

33. Quod si tamen Rei *υποπνευσιμω* adeoq; flagranti
in crimine, deprehendantur, sufficienter satis id probatum,
nec ulteriori indigere inquisitione, aui inique concludimus:
(a) & quātūvis eo ipso, alijsq; conuicti, rationibus, utut tan
dem id inficientur, non torqueri, sed condemnari debeant:
(b) attamen, cum recepta hodiē Germaniæ consuetudine, in
Crimina

Criminalibus appellationes minime admittantur: (c) nō, nisi ex propria confessione, fontes condemnandos esse, statuimus. (d)

a) l. 7. C. de accusat. c. 12. distinct. 81. c. 15. in fin. c. 29. distinct. 50. de test. cog. c. 21. de iniur. c. 2. q. 1. Myns. 6. O. 3. b) l. 8. in pr. ubi Br. l. 9. u. sed si aliter D. h. t. l. quoties l. fin. C. eod. ubi Dd. Marfi. l. in l. 1. D. h. t. & Cōsil. 15. C. crim. Nart. 69. c) Gall. 1. O. 1. n. 28. & O. 65. n. 1. & l. 1. P. P. c. 20. n. 36. Myns. 4. O. 41. & Respons. 59. n. 61. Ordin. Cam. Imp. p. 2. tit. 28. §. item nach dem auch / & Recept. August. an. 1530. §. item also 173. / & c. d) Bl. in l. 1. D. de iuram. calum. & l. 2. C. quor. appell. non rec. C. crim. N. art. 16.

34. Quænam porrò fides habenda Quæstionibus sit, Iudicis discreti æstimatio viderit: (a) quippè, cum nec semper eis, ut rei fragili & periculosa, standum, nec etiam nunquam fides adiungenda sit. (b) Illud constat: Reum, semel, indicijs præcedentibus, delictum in tortura falsum, posteaq; negantem, denuò rectè, nisi errorem confessionis suæ probarit, torqueri: (c) si verò & tùm quoq; in negando constanter perseveret, tertio subdi quæstioni neutiquam debere: (d) post toruram, in iudicio, ab omni vinculo liber, in confessione, scripto concepta, idem si acquieverit, amplius tam reuocare non posse (e).

a) l. 1. §. quæstioni. D. h. t. Menoch. 2. de A. 1. Q. cas. 269. b) d. l. 1. in pr. ibi Vvesenb. c) Boer Decis. 163. n. 28. C. crim. N. art. 57. d) Damhud. in P. C. c. 36. n. 12. Gomes. 3. V. R. 13. n. 26. e) Hyppol. in d. l. 1. §. Diuus. n. 5. & 6. in §. quæst. n. 1. & seqq. D. h. t. Br. in l. cum scimus. C. de agric. & censit.

35. Addimus illud: Reum, si coram Iudice incompetente confessus crimen sit, rectè a competente, ut in ea confessione persistat, torqueri: (a) max imè, cum confessio propria, in vno iudicio facta, in altero etiam obsit: (b) neutiquam tamen sufficere solam Rei in tortura confessionem, si de delicto perpetrato aliter omninò nō constat: (c) Iudicem verò ipsum, incaute hic procedentem, pro ratione delicti, etiam capitali pæna, ex Cōstitut. quojaffici: (d) modum, deniq; tormenti, cum LL. de finitus non sit, arbitrari eundem oportere. (e)

a) Clar. d. loc. q. 55. u. 2. Viuius. 1. C. O. 48. b) Myns. O. 81. c. 3. & O. 23. c. 5. Gall. 1. d. P. P. c. 15. n. 8. c) Clar. d. loc. q. 14. u. pen. Pa-

nor. in e. per inquisitionem, de Elect. n. 12. d) arg. l. 8. §. hostes. D. de
pen. l. 16. C. h. t. V. Vesenb. D. eod. ubi Dd. Duar. c. 4. e) l. 7. D. d. t.

36. De illo quaesitum: an iudex, accusato de crimine,
veniam vel impunitatem promittens, si delictum confiteatur,
aut coniurationem detegat, promissis stare teneatur? Quod
rectius videtur: (a) cui annectimus & hoc: si ex reo sufficiens
ter torto, extorqueri nihil queat, ab solui omnino quidem eum,
non tamen simpliciter, sed debita iudicij observatione, debe-
re. (b)

a) Videatur de hac Quest. Duar. ad l. 5. D. de pact. Eberh. Specthan/
cent, una QQ. Iur. c. 3. Cuno, 1. de pact. q. 23. Menoch. 2. de A. I. Q.
c. 4. c. 367. Gomes. d. V. R. l. 3. c. 12. n. 6. & 7. Treuller. p. D. 1.
D. 6. de pact. th. 22. l. a. b) Myns. 5. O. 12. Menoch. 1. Praef. 83. & Clar.
d. loc. §. fin. q. 64. n. 46.

37. Dicitur porro in definitione, DAMNETVR: id
quod faciendum est quam celerrime: cum ultra biennium Cri-
minales cause protraheantur non sint: (a) cui subiungitur, & demum
PÆNÆ SVBDATVR: (b) nisi vero numero is reorum ex-
emptus sit: (c) idque vel publice, ob diem insignem, gratulati-
onem, remue prosperè gestam, (d) vel lege, Reo, videlicet, vel
Accusatore mortuo, (e) vel denique privati, Actore id, vel Reo
impense admodum efflagitante, ubi alterutri id a Praeside, cau-
sa cognita, concedi a solet. (f).

a) l. 11. in pr. C. de iudic b) sec. l. 13. D. de offic. praesid. c) l. 12. D. ad Sc.
Turpil. Cuiac. ad Paul. 5. R. S. & tit. C. de abolit d) l. 8. & 9. D. ad
Sc. Turpil. e) l. 10. & 15. §. si. propter D. eod. f) d. l. 10. V. Vesenb. In-
stit. ad Schneidenw. de P. I. n. 14. l. 1 §. abolitio D. eod.

38. Dicitur, denique, A IVDICE: competente viden-
licet. (a) Sortitur autem Reus forum ibi, ubi delictum est ad-
missum: (b) aut, ubi idem domicilium habet: (c) in tantum,
ut, si induorum territoriorum confinio quod perpetratum sit,
non tam inchoati, quam consummati criminis locus attendatur:
d) quantumvis alij, utroque puniendum in loco esse delinque-
tem, censeant: adeoque praeventioni locum faciant, is potior us
habeatur, prior Actionem qui intenterit e.

a) auth. qua in provincia C. ubi in rem act. b) l. 1. C. ubi. de crim. agi.
oport. c) Dd, ad, d, l, 1, & d, auth, d), Zanger. in tr. de except. p. 2. c. 1. n.
39. e) Clar. d. loc. q. 38. n. 9.

39.

Compre

3. Compræhensio delinquentis, et si fieri nequeat, nisi in proprio territorio: (a) cum, si fugientem quis insequatur, & sine permisso domini, in districtu illius capiat, eo ipso alterius diæcesin violet: & ob id, actione iniuriarum conveniatur: captumque omnino relaxare teneatur: (b) quandoquidem Magistratus, extra districtum suum, pro privato habetur: (c) persecutio tamen capiendi, in proprio territorio cepta, etiam extra id licite, in grassatores, prædones, ac latrones, continuatur: (d) ut & alias iudex originis vel domicilij, in subditum, extra territorium quid committentem, recte inquirat, & verò etiam animadvertat: si antè, in delicti commissi loco, punitus non sit (e).

a) sec. Br. in l. si quis fugit. §. idem D. de AE dicit Edict. & in l. sicut §. Ariston. 1. D. si. seruit vindic. b) per text. in l. 3. D. de offic. Præsid. l. fin. D. de offic. Præfect. Urb. ibi gloss. c) l. fin. D. de iurisd. l. pupillus §. territorium D. de V. S. Br. in d. l. si quis fugit §. apud La-beonem n. 2. d) l. 1. C. ubi quis decurial. aut cohort. & c. l. quod ait lex §. ult. in fin. D. ad L. Iul. de adult. c. 1. §. si iudex de pac. tened. in V. F. Angel. in l. nemo carcere. C. de exact. trib. l. b. 10. arg. Constit. Imper. in 1559. promulg. §. vii wiewoll. Gail. de P. P. 16. n. 25. & seq. & ibidem c. 4. per. tot. Myns. 2. O. 28. e) arg. l. congruit cum ibi not. D. de offic. Præsid. Alciat in c. 1. de off. c. ord. n. 151. Clar. d. loc. q. 39. n. 4. Cagnol. in l. fin. D. de iuris d. n. 153.

40. Virum autem Reus ad locum commissi delicti remitti possit, haud parum ambigitur. Et, quamuis de iure hoc fieri debeat: (a) de generali tamen consuetudine, usque adeo id non observatur: sed ubicunque inuenitur delinquens, ibidem & punitur: præsertim, cum in Imperio R. omnes ditiones pareant: nec par in parem imperium habeat: (b) unde & uagabundos illos maleficos ubique locorum ad pœnas deposci videmus. (c)

a) auth. qua in prouinc. & l. capitalium in fin. D. de pœn. b) Clar. d. loc. q. 38. n. 16. & seqq. V. Vesenb. D. de accusat. n. 8. c) Dd. in d. l. 1. Zäger. d. loc. n. 90.

41. Ultima Definitionis uerba, QVO EIVS EXEMPLO ETC., ipse disciplinæ publicæ fauor suggerit: ius a p ratione comprobat: (a) quippe, cum publicè vel maxime inters

me interst, ut innocentia bonorum, contra insultus improborum, defendatur: (b) malisq; sublati, caeteri tranquillius uiuant: (c) ij, qui puniuntur, aut emendentur, aut paenae atrocitate, reliquos meliores reddant: adeoq; a delinquendo absterreant (d)

a) l. 9. §. 5. D. de publican. & uectig. l. 128. §. 15. D. de paen. l. 14. C. eod. l. 51. D. ad L. Aquil. l. 13. D. de offic. praesid. b) l. 1. D. de P. l. c) AGell. 6. N. A. 16. Cicer. Epistol. ad Brut. 2. d) l. 20. D. de poen. l. fin. D. de furt. l. 1. C. ad L. Iul. repet. l. 6. §. 1. 28. §. pen. D. de pen. Nouel. 30. c. fin. in pr. Duaren. hic.

Diuisio
Publicorum
Iudiciorum

42. Atq; haec breuiter, de praeparatorijs Publicorum Iudiciorum dixisse, sufficiat: ulterius iam ad Diuisionem eorum, explanandam, progrediemur.

43. Iudiciorum autem Publicorum quaedam Capitalia sunt, quaedam non Capitalia: (a) prouit vel in DEVM, uel Res sacras, Principem, aut ipsum Imperij statum, adeoq; Rempublicam, aut in Personas singulorum, aut Res, delinquitur (b)

a) §. publicorum, 1. Instit. h. t. ubi Interpp. l. 2. D. eod. tit. b) Dd. hic communiter

44. Capitalia proprie dicuntur, quae capitis paenam delinquenti irrogant: (a) adeoq; caput naturale, seu uitam, adimunt: (b) & sic ultimo fonte supplicio afficiunt: (c) quamuis generaliter, & *επιπλαται*, illa etiam hoc nomine Iudicia ueniant, quae Ciuile caput, Libertatem, vel Ciuitatem, (d) auferunt.

a) Vult: 1. I. R. 45. b) VVesenb: D. h. t. n. 2. post: gloss in l. transigere v. capitali: C. de transact. c) l. 21. D. de poen. d) l. 2. D. eod. l. 103. D. de V. S. §. 2. Instit. h. t. & l. 2. D. eod. l. 4. §. 1. D. si quis caut. iud. sisti & c. l. 14. §. 3. D. de bon. liber. l. 10. D. de iur. patron. Co-uar: 4. Decret. p. 2. c. 7. n. 25.

45. Vitam adimit crux: cui Tribon: furcam, Imp: Constant., ueneratione signi salutis nostrae, membrorum, per rotam, concussionem, substituisse uidetur: (a) crematio, hostibus & transfugis praestituta: (b) decollatio, quae fit gladio, non item securi, aut fustibus: (c) strangulatio, olim quoq; in carcere adhibita: (d) submersio, membrorum dissectio, (e) & aliae

libere complures pœnæ.

a) VVesenb. D. de pœn. n. 3. Cuiac. 3. O. 28. per l. 8. §. 1. l. 28. l. 38. §. 2. D. eod. tit. Fab. 2. Semestr. 8. Cuiac. ad Paul. 5. S. 17. §. 2. O. 16. O. 1. Couar. 4. V. R. 5. b) d. l. 8. §. 2. O. d. l. 38. §. 1. c) d. l. 8. §. 1. Fab. d. loc. c. 7. d) Clar. ad §. Furtum. n. 7. O. 8. ex Constit. Frider. de pac. tenend. §. si quis 5. Jolidos in V. F. e) VVesenb. D. de pœn. n. 3.

46: Libertatem ludus olim auferebat gladiatorius, vel venatorius, (a) & metallum, vel opus metalli: (b) in quorū locū, pœna triremiū, & carceris perpetui, hodiē surrogata esse videtur. (c) Ciuitate priuat exilium, seu in Insulā deportatio: (d) quæ interdictioni aquæ & ignis successit: (e) & in dubio semper intelligenda est: (f) licet cum Banno Imperij malē hæc eadem comparetur. (g).

a) d. l. 8. §. 11. l. 12. l. 29. D. de pœn. Paul. d. loc. Cuiac. 13. O. 10. b) d. l. 8. §. 6. l. 17. D. h. t. l. 46. D. de manum. test. Cuiac. d. loc. O. 8. O. 27. c) Clar. d. loc. q. 67. O. 70. n. 5. Bl. in l. incredibile. n. 3. C. de pœn. d) l. 2. §. 1. D. h. t. l. 1. C. de fideiuss. §. 1. Instit. Quib. mod. ius patr. potest. soluit. §. 2. Instit. de capt. dimin. l. 6. D. de interdict. O. releg. Robert 4. sent. 11. Cuiac. 6. O. 25. e) d. l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 3. D. ad L. Iul. pecul. d. §. 2. Inst. D. Gothofr. ad l. 1. §. 2. D. de leg. 3. f) per l. 32. O. l. pen. D. de pœn. ibi VVesenb. n. 2. l. 9. ubi Dec. n. 9. O. seqq. l. 56. l. 155. §. in penalib. D. de R. I. in O. c. in pœnis de R. I. in VI. Myns. 2. O. 45. g) Gail. 2. de P. P. 1. n. 23. Myns. C. 21. n. 60. Clar. d. loc. q. 71. n. 12. Corraf. 1. Miscel. 24. Menoch. Consil. 603. n. 3. v. 6.

47. Non capitalia ludicia sunt, quæ, citra superiores, quāuis aliam, fontibus infligunt pœnam: eamq; interdum sanguinis: ut membri amputationem: (a) manus, videlicet, & quidē in dubio, sinistrae, ceu debilioris: (b) interdum sinē sanguine: vt relegationem: (c) & ad tempus, & in perpetuū: (d) verbera, fustibus, flagellis, vel vinculis, infligenda: quamuis sanguinis ea non rarō profusionem inducant: (e) mulctam, deniq; Fisco applicandam, (f) & infamiam. (g).

a) l. 3. C. de seru. fugit Nouel. ut nul. iud. O. c. 134. c. fin. per l. 2. O. l. 28. in pr. D. de pœn. l. 2. ibi. Br. n. 12. D. h. t. l. 13. D. de bon. poss. d. l. 103. D. de V. S. Menoch. 1. de A. l. Q. 86. n. 15. b) d. Nouel. gloss. in auth. sed nouo iure. verb. una. C. de seru. fugit. Alciat. 3. Parerg. 45.

H.

c) l. 14.

l. 14, D. de interd. & releg. d) Gæd. ad d. l. 103. n. 4. e) l. 7. D. de pen. vult. d. loc. & alleg. h, in lit, a arg. l. 1, D. de bon. cor. qui ant. sent. & c. f) l. 5. C. de mod. mult. Marant. in specul. n. 39, per l. 244. & l. 131. D. de V. S. ubi Gæd. g) d. l. 8. & d. l. 28. §. 1, §. 2, in lit. h. t. l. pen. D. de uar. & extraord. cognit.

48. Addimus hisce, ad extremum, & excommunicationem, (a) degradacionem, adeoq; beneficij priuationem, (b) suspensionem ab officio, (c) interdictum quoq; ecclesiasticum, (d) irregularitatem, (e) & alias eiuscemodi censuras. (f)

a) Clar. d. loc. q. 77. Panorm. in c. tue discretionis & passim, de pen. b) d. l. 8. in pr. Clar. d. loc. q. 37. & seq. Damhud. in P. C. c. 87. de parricid. n. 10, & seqq. c) d. l. 8. Clar. d. loc. q. 75. d) Idem d. loc. q. 76. e) Couar. in relect. Clem. si furiosus. de homicid. p. 1. in pr. f) Rebuff. in Prax. Benef. p. 2, t. de reprob. benef. ma. impet. n. 1, 2, 10, & seqq. Hostiens. in sum de pen. n. 3. & seqq.

Enarratio
Publicorū
Iudiciorū
singularis.

49. Visa Diuisione Publicorum Iudiciorum, ordo præstitutus exigit, ut ad specialem demum eorundem enarrationem, descendamus: quā variē varij tractarunt; nos, Institut. præscripto obseruato, paucis expediemus: ea solummodo, quæ sola Lex constituit, excutienda suscepturi.

l. 1. D. h. t.

Ad L. Iul.
Maiest. &
Perduellio-
nis.

50. Ut autem à *Lege Maiestatis*, ac *Perduellionis* ordiamur crimine, est id delictum publicum, commissum aduersus Imperat. vel Roman. Imperium: & conuictum huius criminis, pena capitalis, memoriæ damnatio, & publicatio honorū, filios verò eiusdem, in famia, Iudicio Publico irrogata, persequitur: quæ coniunctim paucis enodabimus.

51. Dicitur, *PUBLICVM*: & quidem adeo, ut infames etiam, qui alias neutiquam admittuntur, in accusando & testimonio ferendo locum hic suum inueniant: (a) ideoq; miles, seruus in dominum, libertus in patronum, filius in patrem, vxor in maritum, &c. (b) etiam contra defunctos, huius criminis reos, (c) audiantur.

a) l. 7. D. h. t. b) l. 8. D. eod. Myns. Inst. h. t. §. publica a. n. 1. & 2. c) d. l. 5, l. 7. §. ult. C. d. tit.

52. Dicitur, **ADVERSVS IMPERATOREM, vel ROM**

ROM. IMPERIVM: (a) quorum prius ad **MAIESTATIS**, postea
rius, ad **PERDVELLIONIS** crimē referimus: (b) licet olī promiscuē
hæc, antè Imperatū surpata esse, haud inficiemur. (c)

a) *Instit. d. 1, § 1. 5. C. 2, b, t, b) Vult. 1. 1. R. 47. c) Cuiac. in Paratit. C*
eod. tit.

53. Dicitur **COMMISSVM**: imò verò etiam atten-
tatum: modò ad actū aliquem extrinsecum machinans pro-
cesserit: (a) siue id contra Principem, aut Imperium, adeoq; Ec-
lectores ipsos, molitus sit: (b) cum & alias affectus pro effectu
non rarò puniatur. (c)

a) *d. 1, 5, C. h. t. b) Aur. Bul. c. 4. sub. tit. von dem erzbischoffs-
lichen segen. c) infidatoribus, C. crim. N. c. 128, & seq. incendi-
arijs, V. Vesenb. in supplem. ad Schneidew. §, item L. Jul. n. 3. &
seq. Instit. d. P. 1. & Vasallo, Dominum cucurbitare conante, c. 1. §. 1.
Quib. mod. F. amit. in V. F. Brocholt in tr. F. c. 8. n. 91. Vide hac de re
D. Gothofred. ad l. 18. D. de pen. Lit. L.*

54. Perpetrari autem crimina hæc dicimus tum, cum
aduersus Principem, Imperijq; securitatem, quid committitur:
(a) eo q; Maiestas eorundem violatur aut imminuitur: (b) id
quod multis accidere modis potest: veluti, si vitæ quis Princi-
pis insidias struat: armatus contra eum in bello veniat: Patri-
am oppugnet: Castra & Ciuitates occupet: (c) pacem Imperij
& Religionis Publicam turbet aut violet: hostilia in statum
eiusdem machinetur: (d) securitatem, aut saluum conductum
lædat: (e) contra Proceres, deniq; Palatij Principis, Senatores,
aut Consiliarios, in re, Principem concernente, insurgat. (f)

a) *arg. l. 1. & seqq. 6. item, 7. & fin. D. h. t. & tot. tit. C. eod. l. 1. D. de
P. l. 1. & 2, C. de priu. carc. b) d. 1, fin. Cuiac. in parat, C. eod. Ro-
bert 2. S. 22. c) Clar. 5. S. §, Lesa Maiestas n. 1, d) d. 1, ult. D. h. t. l.
quos nos hostes. cum ibi not. D. de V. S. e) l. 4, D. eod. tit. l. 13. C. de
fideius. f) d. l. 5. in pr. C. Clar. d. loc. n. 4. & 5. Cuiac. in Parat. D. & C.
Rol. a Valle, C. 1, n. 4. V. 3. & C. 48. n. 10. & seq. V. 2. c.
nulli. in fin. 2. q. 1. c. f. cis. pen. in VI.*

55. Sustinemus idem & tum, cum quis, contra Rem
pub. aliquid ut moueatur, literis, alijsq; modis, efficere studet:
hostes comitatur: (a) plebem, aut militem, ad seditionem, fa-

H. 2. etior. es,

ationes, & tumultum, sollicitat: (b) patriam, exercitum, munitionem, seu Castrum, prodit: (c) arcem vel ciuitatem, hostis iuuandi gratia, tradit aut deserit: (d) intra fines Imperij, iniussu Principis, arma cogit: (e) antiqua Germaniae libertate, in hoc, non quidem omnino sublata, sed saltem restricta quodammodo. (f)

a) l. 1. l. fin. D. h. t. b) dd. LL. c) l. 3. l. 4. D. d. t. d. l. 5. C. eod. d) dd. llb. e) d. l. 3. eod. f) in R. D. VVormat an. 1564. §. wiewol auch in der etc. & Comit. Spirens. an. 1570. §. vnd wiewol auch vor etc. & seqq. & Ratis bon. an. 1576. §. zum andern haben wir etc.

36. Præterea, neq; eo hoc negamus casu, quo debitum quis Romano Principi & Imperio honorem, reuerentiam, & subiectionem detrectat aut contemnit: (a) siue is mediate ipsi subiectus sit, siue immediate, (b) oblique, aut directe: (c) cum verò id committi, criminisq; huius reum agi posse, inficiamur: cum iudex quis, uel Præses, Legem aut Constitut. Principis, in iudicando non obseruat & sequitur (d)

aper l. 7. §. 1. D. de cast. & postlim reuers. tot. h. t. D. & C. Clar. d. loc. n. 6. per Clement. pastoralis. v. non subsint de sent. & re iudic. R. à Vall. C. 4. n. 1. V. 1. b) Dec. C. 307. n. 9. Afflict. in C. R. p. 1. q. 14. c) c. un. Quomod. in Les. Maiest. crim. v. quod omnis anima. v. ad hoc, si qua communitas. & u. Legib. & Consuetudinib. etc. d) l. 1. C. h. t.

37. Cautio tamen hic teneatur oportet: aduersus superiores recognoscentes, ut Electores, Principes, Ciuitates Imperiales liberæ, eorundemq; Consiliarios, irregulariter ac improprie crimen hoc committi: undè & ipsi tantum delinquentes, non etiam eorum liberi, hoc casu pænæ subiacent: (a) ut nec illi, qui Imperio subiecti Romano non sunt, in hoc crimen incidunt. (b)

a) VVesemb. d. §. publica autem in supplem. ad Schneidenw. n. 30. & D. eod. tit. n. 5. & 7. ex A. Bul. d. loc. Menoch. 2. de A. I. Q. c. 4. C. 316. n. 29. Gomez. 3. V. R. 2. n. 10. Clar. d. loc. n. 2. & 3. Vult. 1. l. R. 46. Myns. Respons. 44. n. 9. & seqq. b) VVesemb. ad Schneidenw. d. §. n. 4. Clar. d. loc. n. 6. Gomez. ibid. Gail. 2. de P. P. 13. n. 19.

38. Dicitur, CONVICTVM: quia accurate, cum prius, expèdèdū est, utrū persona id præstare potuerit: humanitè tale quid commiserit: an sanæ mentis fuerit: cum lubricum linguæ ad pænam facile trahendum non sit,

l. 7. D.

l. 7. D. de P. l. l. un. C. si quis Imper. maledix:

59. Dicitur, PÆNA CAPITALIS: gladij uidelicet: (a) vel, in grauioribus, ignis, vel membrorum dissectionis in quatuor partes: postea in eminentioribus Ciuitatum & Castrorū locis appendendas. (b)

a) d. l. 5. C. h. t. b) VVesemb. d. loc. n. 5. Clar. n. 8. C. crim. N. art. 124. Dambud. in. P. C. c. 62. n. 6. & seqq.

60. Dicitur, MEMORIÆ DAMNATIO: etiam post mortem: (a) & BONORVM PVBLICATIO: quæ in Fisco cum omnibus, tam descendētib., quàm ascendētib., & colateralitib., exclusis, rediguntur: sola Falcidia Filiabus reueruata: (b) quod tamen ipsum de PERDVELLIONIS tantum ex audimus crimine: (c) licet, cum id durum admodum, ac iuri generali refragari videretur, (d) receptum sit, ut Filijs quoq; Legitima, (e) nullo patris facto auferenda, (f) præstetur: imò verò, si crimen inferiorem Principe concernat, (g) omnia ista dem bona relinquuntur.

a) d. l. 5. & 7. in pr. C. h. t. b) d. l. 5. l. 3. in pr. l. fin. D. cod. d. §. publica a. & §. L. Iulie. ubi Dd. l. quisquis cum l. seq. l. pen. l. ult. C. cod. tit. l. 1. C. de priu. carc. l. 1. l. 2. C. de sedit. ob. A. Bul. Carol. IV. c. 24. c) l. fin. d) l. sancimus. C. de pen. tot. tit. C. ne filius pro patr. Ezzech. 18. e) d. l. 5. & ult. C. de bon. damn. §. quoniam et auth. nouissima C. de in offic. testam. g) VVesemb. d. loc. n. 5. & diximus. s. th. 57. in lit. a.

61. Quod de INFAMIA FILIORVM, circa finem, adijcitur, idem ad testandi facultatis ademptionem, producendum omnino videtur: (a) non tamen æquè & in filiabus obtinet: (b) sicuti nec in illis procedit: qui antè crimen perpetratum concepti & nati sunt: (c) quantumuis ad nepotes licet idem alioquin extendatur: (d) ut nec pater, filio hoc casu quid committente, plectitur. (e)

a) d. l. 5. §. filij uerò C. h. t. b) Clar. d. loc. n. 10. c) idem ibid. n. 12. d) d. l. 5. d. §. v. a materna uel auita Clar. ibid. n. 13. Couar. 2. V. R. 8. n. 3. e) Ca cher. Decif. 94. n. 6.

62. Referrī insuper, ex Constitutionib. Imperat., ad De Blasphe hoc crimen possunt & illa delicta, quæ immediatè in DEVM, et Veriã is Fidem, Ecclesiã, eiusq; securitatē, committuntur: & in BLAS-

H. 3. PHEMIAM,

itione. **PHENIAM ac VERITAS diuinæ prodicionem, haud ino
commodeiduntur. b)**

a) arg. l. 1. C. h. t. l. 4. auth. Sazaros, & l. 8. C. de Heret. & Manich.
l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confag. Nouel. 109. c. 2. de Heret. c. unic.
de Schismat. in. VI. b) Damhud. in P. C. c. 61. n. 10. & seqq.

63. **Balsphemia, malitiosè & impie DEVM, eiulq; opera,
contumelia afficit: (a) inconuenientia eidem attribuit, proprie
competentia, adimit. (b) Veritas diuina proditur variè: vel Hæ
resi pertinaci, malitiosa, & damnata: siue ipsa fidei fundamenta
conuellat, siue circa adiaphora aut res secundarias cæcutiar: (c)
vel Apostasia, seu defectione a fide Christiana, ad sectam, ab
eadem alienam: (d) vel Paganism, Daemonum, & Idolorum
Gentilium cultu: (e) & Schismate, siue id cum Hæresi coniun
ctum sit, siue non. (f)**

a) Damhd. d. c. 61. Clar. d. loc. §. Blasphemian. 1. 2. & 3. & c. Br in
l. 15. §. sed adijcitur n. 4. D. de iniur. Couar. ad c. quamuis de paci. in
VI. per c. quamuis 22. q. 1. c. statuimus. è de maled. Reform. Polit.
Francos. §. wie wol in geistlichen an 1548. §. nach dem die gotz
tes lesterung b) Nouel. ut non luxur. contr. nat. d. c. 22. q. 1. VVols
gang. Muscul. de peccat c. 6. in L. Teolog. C. c) Damhuder. d. c. 61.
n. 51. & seqq. c. accusatus de Heret. in VI. Clem. 1. c. porrò de sum.
Trin. & c. ¶ c. 24. q. 3. ad Tit. 1. u. 9. & seqq. & 3. u. 10. & pass.
Petr. 2. u. 1. d. c. Heresis d) tot. tit. C. de Apost. 2. ad Theßalon. 2. c) l.
1. 2. & 3. C. de pagan. f) l. 8. C. de Heret. & Manich.

64. **Vt autem horum modorum gradus varij sunt: ita
pænæ quoq; ijs dispares præstitutz: eaq; propè arbitrariæ:
modò mors, modò relegatio, modo pecuniaria, modò alia
aliqua, pro admitti delicti qualitate, pæna: pro ut notū est, ad
huc hodiè, comemorata flagitia, ultimo supplicio, igne, gladio,
linguæ præcisione, publi. atione bonorū, exilio, & c. vindicari.**

Constit. polit. an. 1550. & 1570. tit. von den Gottes l. sterungē
der Mutter Gottes. C. crim. N. art. 106. Clar. d. §. Blasphemian. n. 3.
¶ Damhud. in P. C. d. c. 61. n. 58. & seqq. Clar. d. loc. §. Heresis
fac. l. 8. C. de Heret. & Manich. ¶ l. 5. C. h. t. l. 2. C. de sum. Trin.
& c. l. fin. C. nescr. Baptif. iter l. ult. C. de Apost. ¶ l. 1. & multis
seqq. C. cod. tit. Clar. d. loc. q. 78. n. 4. Damhud. d. loc. n. 49.
¶ l.

¶ l. 1. & seqq. l. Christianis. C. de iud. & de Calicol. tot. tit. C. de pagan. ¶ tot. tit. ē. de Schism.

65. Alterū Crimē, ex l. l. bus. Publicorū iudiciorū est **ADULTERII**: (a) quod rectē, ut potē reliquis seqq. omnib; lōgē detentus, ordinē statim superius sublequitur: præsertim, cum intra corpus committatur: & plerūq; alijs quoq; vitijs mul-

Ad L. iul.
de Adulte-
rijs.

a) Mant. Sing. 117. u. 2. b) Paul. 1. ad Corinth. 6.

66. Id verō, cum intolerabilem parti læsæ iniuriam inferat, (a) ac propriē in nuptam committatur, rectē definitur, rhorū alieni, (b) tam præsentis, quā futuri, (c) scienter, dolomalo, inētia, violatio: vnde & in spōsa n alterius, perpetratur: (d) cū nec matrimoniū qualecunq; neq; etiam spem eiusdem, violare liceat: (e) sponfa verō iam vxoris loco sit. (f)

a) l. 91. §. matri ubi Bl. & Dd. D. de legat. 2 c. 1. ubi Dd. ex quib. caus. F. amit. in V. F. b) c. 32. q. 5. §. 6. l. 6. §. 1. l. stuprum. D. h. t. l. 101. ibi. Gædd. D. de V. S. c) l. 13. §. 1. u. etiam in sponsa D. h. t. Genes. 38. u. 24. Cuiac. 20. O. 16. d) dd. iurib. l. 7. C. eod. Cuiac. 6. O. 16. e) d. l. 13 §. 1. u. Diuus. l. 6. §. 1. D. d. t. f) l. si sponsa D. de iur. dot. l. Iulianus D. eod. De ut. 2.

67. Cæterum, in Meretrice nupta, quia pluribus se ea prostituit, ut & in Serua, L. Iulia celsat: (a) qui tamen primi illa abusi nupta sunt, (b) cum hætenus nōdū vulgaris facta sit, (c) omninō, tenentur ut & ipsa, ob diuulgatum corpus, alteri maritali iure obnoxiiū, indistinctē capitali pæna afficitur. (d)

a) l. 22. ibi glos. & Dd. l. 29. C. h. t. Harmenop. in P. iur. l. 6. t. 2. Clar. d. l. 5. §. adulteriū n. 3. Damhud. d. tr. c. 89. n. 87. Angel. ad l. mater §. 1. D. h. t. fac. tex. Leuit. 19. u. 20. b) Dd. ad d. l. 22. & 29. c) arg. l. palam. D. de rit nupt. d) per l. 13. §. sed & in ea D. h. t. Dissentit Clar. in d. §. n. 3. in fin.

68. Ius accusandi, hoc quidem in crimine, marito competit præcipuē: is, iniuriam illatam si negligat, pater mulieris, vel alijs consanguinei, hisq; deficientibus, extranei demū admittuntur: (a) cum tamen mulier, etiam si suam hic persequatur iniuriam, maritum proprium eo accusare nomine, nullo modo iure C. iuli, queat: (b) in quo sanē Canones, eolq; attendentes, Imperij Ordinationes, aliud statuunt. (c)

a) l. 1.

a) l. 2. §. 1. & fin. l. 3. l. 15. §. si negauerit. ubi. Br. D. h. t. b) l. 1. C. eod. diximus s. th. 9. in lit. f. c) C. crim. N. c. 120. Videatur quoq; Nouel. 134.

69. Probationes tamen hic requiruntur manifestissimæ: nec ex præsumptionibus, suspicionibus, aut coniecturis, quicquā decernendum est: nisi verò Lex eas pro idoneis probationibus agnoscat: superq; ijs sententiam proferat: (a) nec transigere de hoc crimine licet: sed omninò deferendum ab ijs est, qui thori coniugalis scientiam habuerint. (b)

a) Dd. hic. pass. b) l. 18. C. de transact. l. 7. in fin. C. de repud. l. mariti §. qui questu. l. 2. l. qui domum l. 10. D. h. t.

70. Pæna Adulteriij, sæpius etiam iterati, (a) relegationem olim non excessit: (b) hodiè verò incapitalem excreuit: gladij videlicet: idq; in utroq; sexu: (c) quanquam Iure nouissimo, fæminis ea remissa, ac, ut virgis cæcæ, in monasterium detrudantur, constitutum sit. (d)

a) gloss. & Br. in l. nunquam. D. de priu. del. l. uulga. r. nisi ciando: §. infans. D. de furt. b) l. si quis uiduam D. de Question. l. 6. D. de diuort. Cuiac. 6. O. 11. c) l. 30. ibid. Dd. C. h. t. l. 18. C. de transact. Deut. c. 22. Leuit 20. Ezech. 18. d) auth. sed hodiè C. h. t. l. 9. §. quod si uerb. C. de repud.

71. Pænam hanc sequitur quoq; dotis, & donationis propter nuptias, priuatio: quæ viro, liberis proprietatis Iure, in quotæ parte, reseruato, assignantur: (a) in bonis, interim, paraphernalibus, præter tertiam, (b) aut quartam, (c) marito decidendam, fructibus eorundem dānatæ mulieri, (d) proprietate liberis, (e) aut heredibus proximioribus, (f) applicandis.

a) l. 8. §. fin. l. fin. C. de repud. §. quia uerò plurimas in auth. ut lic. matr. & auie, &c. b) d. §. quia uerò c) d. l. fin. d) gloss. in d. l. 8. e) d. §. f) §. si quando auth. ut nul. iudic. &

72. Etsi verò gladij pæna multorum adhuc in diebus viris irrogetur, etiam in pecuniariam non rarò conuertitur: (a) tamen posterior, quo ad mulieres, ubiq; non obseruatur: sed diuortio facto, maritoq; aliam ducendi facultate concessa, (b) fustigatione & relegatione in eas animaduertitur: (c) cum solutis saltem venerem si exercuerint, relegantur, mares fustibus coercentur. (d)

a) Dd. h.

a) Dd. h. pass b) Vvesenb. D. h. t. n. 18. c) Clar. d. §. n. 3. d) Vvesenb. d. loc.

73. Coniunguntur cum **ADULTERIO**, & **INCESTVS**, & **STVPRVM**: quorum hoc, virginum honestarū, illicita defloratio, pudorisq; earundem, conspurcatio est: id quod etiam ad integræ vitæ viduas, & pueros, porrigitur: si ué mas solutus sit, si ué non: (a) ille uero in ascēdentes & descēdentes, ut & collaterales, qui secundi gradus non sunt, nefariè committitur. (b) Meretriciam interim consuetudinē, quā uis lus Ciuile non attendat, (c) Diuinum tamen eam & Canonicum lus acerrimè vindicat. (d)

De Incestu
Stupro, et
Fornicatione.

a) c. 36. q. 1. tit. de stupr. quānd. commit. l. inter liberas §. v. l. 6. l. 13. §. planè & §. quamuis D. h. t. l. 1. l. qui adulterium & pass. C. eod. d. l. 101. ibi not. D. de V. S. Laur. Val. l. 6. c. 45. A. Gel. l. 10. c. 23. b) tot. tit. D. de incest. & inutilib. nupt. c) tot. tit. de concubin. d) 1. ad Corinth. 6. u. 9. c. prædicandum 22. q. 1. & passim utrobique.

74. Pæna stupri, iam maturæ viro, virgini illati, est publicatio dimidiæ partis bonorum, in honestioribus, in humilioribus coercitio corporis, cum relegatione: (a) nisi aliud circumstantiæ suadeant: ueluti, si Tutor uel Curator minorem, matrimonij prætextu, violer: ubi deportationi locus est: (b) si incestus adsit uel uis item si nondum uiripotens comprimatur: ubi damnatio in metallum, opus publicum, & ex consuetudine, a triremes, aut in pellerinam, deportatio item, & gladius, præsto est. (c)

a) §. item L. Jul. Instit. de P. I. Damhud, c. 92. n. 3, Clar. in §. stuprū. §. S. n. 3. b) l. unic. C. si quis eum cui tut. uel cur & c. c) Clar. d. loc. §. incestus l. si quis aliquid §. qui nondum D. de pen. Damhud. d. tr. c. 94.

75. Lus diuinum aliam dictat pænam stupratoribus: ut nimirum corruptam virginem dotent, & ducant: (a) in qua tamen lus Canonicum variat: quod, cum coniunctim hæc procedere nequeant, alterutro contentum est (b)

a) Deuter 22. 1. ad Corinth. 5. b) c. 1. ubi Dd. e. h. t.

76. Qui uero abducendo, blandiendo, dona dando, virginem, uiduam ué, ad stuprum, uel uxorem alterius, ad adulterium, sollicitauerint, pellexerint, induxerint, n, flagitio perfecto, capite plectuntur, imperfecto, in Insulam, extra ordi-

l. em

C.
uoq;
sis
ris,
ro-
nec
ijs
riti
gas
it:
il-
des
ndo:
de
fact.
9. §.
nis
re,
m,
ito
riē
s.
lic.
8.
of
ra
ne
(c)
res



nem, deportantur, (a) Incestus, gladio ultrice, in grauioribus, relegatione, vel deportatione, in leuiotibus: vindicatur nisi & is cum adulterio coniunctus sit. (b)

a) l. 1. in fin. D. de extraord. crim. b) Damhud. d. tr. c. 94. Clar. d. §. incestus C. crim. N. art. 117. Nouel. 12. de incest. nupt. Leuit. 18. & seqq. l. 5. D. de Quæst. Vvesenb. §. 4. Instit. h. t. ad Schnei denw. 11. 2.

De Sodomi 77.

Extenditur quoq; hæc Lex, ex Constitutionum vigore, ad eos, qui Sodomiam, (a) & Lenocinium, (b) exercent: bygamos item, & polygamos, dolus malus si interueniat: (c) & eam, quæ proprijs sese seruis prostituit: (d) quos ferè omnes & singulos adulteriij manet pæna: præterquam, quod & ignis vltrix Sodomiam alicubi prosequitur: (e) in Lenocinio cautio quædam diligens adhibetur: (f) ob duas sponsas, vel alteram, adhuc superstitem, infamia quis notatur. (g)

a) d. §. 4. l. 30. & l. seq. D. h. t. Nouel. 141. Leuit. 18. u. 22. & seqq. c. 20. u. 15. Deut. 22 & c. 15 q. 1. Damhud. d. tr. c. 96. n. 4. & seq. Clar. d. §. Sodomia & l. etiam eos, qui ad effectum crimen non perduxerunt not. Gail. 1. de P. P. c. 14. n. 26. b) Vvesenb. h. D. n. 15. c) l. qui duas C. h. t. C. crim. N. art. 121. d) l. un. C. de mul. quæ se propr. seru. prostit. e) Clar. d. §. Sodomia n. 4. f) dum distinctio Nouel. 14. de Lenonibz, ubi gloss. & Cuiac. & l. 1. D. de extraord. crim. cum Damhud. in P. C. c. 91. & C. crim. N. art. 123. attenditur g) l. 1. l. q. ita ergo §. 1. & seq. D. de his. qui not. in fam.

78.

Omnis autem Quæstio, ex L. Iulia, adulteriij, stupri, Lenocinij & c. quinquennio præscribitur: (a) nisi præuaricatio, aut aliud impedimentum, actionem eluserit: vel uis, in stupro, publica interuenerit: (b) quantumuis alias, n. utiquã pæna cesset: etiamsi errore Iuris vel facti, absq; etiam dolo malo, alienus læsus thorus, stuprum ué illatum cui sit. (c)

a) l. mariti §. hoc quinquennium l. 5. C. h. t. b) d. l. mariti §. fin. & l. alleg. c) l. 11. §. pen. l. 13. §. si quis. planel. pen. D. eod. tit. arg. c. Deut. 22. u. 25. & c. 26. u. 28. 2. Samuel. 3. u. 14. & seq.

Ad L. Cor 79.

Succedit iã LEX CORNEL. DE SICARIIS, homicidis pænã irrogans, qui dolo quodã interimunt alios: (a) vigoremq; suũ, ad Veneficos, quoq; Maleficos, (b) & Incendiarios (c) porris

(c) porrigit, Estq; homicidium voluntariū, dolosa (d) hominis, Malef. & cuiuscunq; tandem sexus, (e) status, (f) & ætatis, (g) cædes Incēdicar in quo dolus maximè facit, ut L. Corneliæ locus sit. (h)

a) VVesemb. D. h. t. n. 3. Myns. Instit. §. 5. h. t. n. 3. b) tot. tit. C. de Malef. & Mathem c) l. 1. in pr. & l. si quis dolo 10. D. h. t. d) tot. tit. è de homicid. VVesemb. d. loc. n. 5. Clar. d. lib. 5. §. Homicidium n. 1. Gomes. 3. V. R. 3. l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. l. 16. D. h. t. ibi VVesemb. n. 6. e) l. 132. D. de V. S. f) l. 1. §. 2. l. 23. §. 9. D. h. t. ibi VVesemb. n. 7. Gomes. d. c. 3. n. 14. C. crim. N. art. 135. g) l. pen. C. h. t. h) d. l. 1. in pr. & l. 10. & 16. D. eod.

80. Pæna, dolo aliquem interficientis, ordinaria, olim erat Deportatio: cum tertiæ partis bonorum ademptione: hodiè gladio crimen hoc vindicatur: (a) nullo prorsus personarum habito respectu aut discrimine. (b)

a) l. 3. §. fin. l. 16. D. h. t. ibi VVesemb. n. 17. §. 5. Instit. de P. I. l. 37. §. 5. D. de pæn. Genes. 9. Exod. 21. C. crim. N. art. 139. b) Clar. d. §. n. 18. arg. l. nemo C. de Episc. aud. l. 1. C. ubi senat. uel clariss.

81. Non solum autem is, qui manu sua, dolo aliquem malo interimit, sed & qui mandauit, persuasit, conduxit ve hac pæna obstringitur: (a) usq; adeo, ut de Assassino æquè locator ac conductor, ex communi Interpret. sententia: etiã tum, cū ad effectū producere affectū nequiuit: modò actū teneatur conatui proximum executus sit: (b) quantumuis & is non raro, caudæ equi alligatus, per plateas & compita urbium, ad supplicium rapi, & demum in frustra secari soleat. (c)

a) l. non solum in pr. §. mandatu D. de in iur. ibi Br. & alij. l. 53. in fin. D. de V. S. c. 1, de Homic. in VI. l. Cicero. D. de pæn. Damhud. d. tr. c. 83. fac. l. 1. §. 1. & 2. D. h. t. b) Clar. in §. Assassinus d. l. 5. §. 5. ult. q. 36. Damhud. d. loc. d. c. 1, de homicid. in VI. Tiraq. de mitig. pæn. c. 37. n. 4. c) Clar. d. §. Assas. n. 4.

82. Pænam L. Corneliæ de Sicarijs, incurrunt & n̄, qui fatum animatū, dolo malo, per noxiã potionem, ab ortu abigunt, ve etiam id procurant: (a) matre excepta: (b) item, qui sanguinolentos infantes, in locum solitarium, ut inedia pereant, exponunt: (c) & qui hominem castrant, (d) eoq; virilitatem adimunt, & occidunt. (e)

I. 2.

a) VVesemb.

a) VVesemb, d, §, 5, Instit, ad Schneidenw. in u, eadem n. 3. l. 8. D
h. t. l. 38. §. 5. l. 39. D, de pæn. ¶. paucis casib. exceptis, quos refert
Menoch. 2. A. l. Q. c. 357. n. 6. b) l. 1. in pr. D. ad L. Pomp. de parricid,
e) l. 15, D, h, t, Br, in l. necare D. de liber agnosc. d, l, circum cidere
Dh, t, e) ibid, VVesemb, n, 15.

§ 3. Non autem huic pænæ, sed mitiori, subiacet, qui
citra voluntatem, absq; dolo, culpa quantumuis lata, aliquē
occidit: (a) quod quidem casu fortuito, præter intentionem, as
licui contingere potest; ubi tamen, ut ordinariam omninō
cessare pænā, arbitrariam, & quidem criminalem, eamq; in
leu culpa, leuiorem, locum habere statuimus: (b) ita, si error in
persona prætendatur interfecta, id ipsum non æquē admittis
mus: sed, tanquam voluntarium homicidium, puniendum
omninō arbitramur. (c)

a) l. 1. §, Diuus & § fin, l, 4. §. 1. D, h, t, l. Grachus C, ad L. Iul. de ad
dult. Clar, d, §, b) l, 7, D, h, t, ibi VVesemb, n, 2, & 3. Clar, d, §, n, 3, C
crim 6. N. art, 49. c) arg, l, 18. §. 3. D, de iniur.

§ 4. Excusat quoq; ab ordinaria L. hu'us pænā, mentis
inopia: utpotē, si homicidium ab infantibus, (a) furiosis (b)
dormientibus, aut Lunaticis, (c) non tamen ebrjis, (d) per
petratum sit: ut & ira, furor breuis, veniam quandam meretur:
si, videlicet, pater adulterum, cum filia, in potestate constituta,
domi suæ deprehensum, interemerit: (e) quam ipsam, &
sui defensionem, si cum legitimo, tutelæ inculpate, modera
mine suscepta sit, omninō impetrare, asserimus. (f)

a) l. 12. D, h, t, ibi VVesemb, n. 25. l. pen. in fin. D, de fideicom libert,
l, 3, §, 1, D, de iniur, Gail, 2, O, 110, n, 21. b) l, 40, D, de R, l. c) l, 1, §,
3, D, de acquir. poss, Br, in l, 9, D, ad L, Pompei de parricid, Gail, d,
o, 110, n. 9. d) arg, l. 203, D, de R. l, Gail, d, loc, e) l. 20, & seq, &
pass, D, de adult Gail, 2, O. 186, & d, o, 110, n, 35. f) l, 3. ubi Dd, D, de
Iustit, & iur, Gail, d, O, 110, n, 9, C, crim, N, art, 140, qua de re copio
sius egimus, s^o, in Dissut, de l, & iur. 1.

§ 5. Qui vero foetum, nondumanimum, abigit, is ex
tra ordinem, relegatione, aut exilio, ad Iudicis arbitrium,
secundum facti qualitatem, & personę conditionem, plectitur:
(a) id quod & in eo obtinere asseueramus: qui ad amorē illicitū
tum excitandum, philtumalicui propinarit, indeq; mortem
accelerauerit. (b)

a) l. 4.

4) l. 4 D. de extr. crim. l. 8. D. h. t. ibi Vvesenb. n. 7. d. l. 38. §. 5.
c. Moyses c. aliquando 23. q. 2. c. sicut. 10. de homic. C. crim. N. art. 131
u. So aber ein Kindt / & c. b) l. 3. §. 7. D. h. t. Menoch. 2. de A. l.
Q. c. 368. Gomes. 3. V. R. 3. n. 33. Couar. in Clem. si furiosus p. 2. §.
3. n. 2. u. interim e de homicid.

86. Illud annectere hic liber: quod statuto, pœna Homicidij, in pecuniariã conuerti nequeat: (a) imò & si delicti pœna ab occiso, eiusq; consanguineis, remissa Reo sit, nihilominus tamen à Iudice adhuc, aut quouis alio, licet eam deposci, definitiued ecernimus. (b)

a) Clar. d. §. n. 19. b) arg. l. 5. §. 2. D. ad L. Iul. de ui publ. l. 2. C. de abolit. l. 15. §. 5. D. de adulter.

87. Hac Lege etiam Veneficos teneri diximus, qui toxicum, hominis necandi causa, conficiunt: id quod gladio vindicatur: (a) & Maleficos, *μαγιστοὺς* qui Magicis artibus utuntur: ac igne puniendi sunt: (b) & Incendiarios: quibus itidē ignis, ex Talionis iure, irrogatur supplicium: modo minas ad actum perduxerint. (c)

a) l. l. 3. in pr. & §. 1. & 2. D. h. t. l. 1. in fin. l. 2. D. de parricid. l. 28. l. 59. D. de poen. l. 236. ibi not. D. de V. S. Clar. Gomes, Vvesenb. dd. locis, C. crim. N. art. 130. b) d. §. 5. Instit. tot. tit. C. de malefic. & mathem Leuit. 20. Deut. 18. Paul. 5. S. 23. & 25. c) l. 28. §. 9. D. de pan. C. crim. N. art. 125. Vvesenb. D. de sicar. n. 15.

88. Legem Cornel. de Sicar., excipit L. POMP. de AdL. prins PARRICIDIS, Et si autem, neq; Solon Athenis, nec Romæ Ro. peiam de mulus, dum intra sexcentos, ab V. C., annos, nefandum hoc Parricidis scelus non patraretur, pœnam quoq; eidem nullam præstituerint: necessitatis tamen postmodum ineuitabilis relo durissimo, cum, uti dicitur, & intra Iliacos muros, & extra, in hoc nefarie peccaretur, ad eam fanciendam, Legum latores planē adacti sunt.

Mynf. §. 6. Instit. h. t. n. 1.

89. Constituit itaq; Pompeius M: Consul, ut, qui patris, matris, fratris, sororis, & reliquorum, intra quartum, in linea recta, gradum, iunctorum, innoxio sese polluisent sanguine (a) virgis Sanguineis cæsi (b) culco indē, unā cū cane
l. 3. galle

gallogallinaceo, vipera, & simia, insueti, intraque ferales illas angustias constituti, in uicinum mare, vel amnem, proijcerentur: quod omnium elementorum usu carcere uiui inciperent: cælum superstitibus, terra mortuis auferretur, (c) Nomen ipsum & ad cognatos, uirum & uxorem, sponsum & sponsam, hodie traductum est: (d) pæna quantumuis dispari, L. uide licet Corneliæ, de Sicarijs, proposita. (e)

a) Fab. in d. §. 6. sec. c. non decet e. de consangu. & affin. Clar. d. l. R. S. 5. §. Parricidium n. 4. b) l. pen. D. h. t. c) d. §. Instit. 6. & d. l. pen. & ult. in pr. In præterfluentem proijciendi oportunitate, si qui destituerentur, bestijs obijcerent. d) l. 1. & seq. D. d. tit. l. un. C. eod. e) d. l. l. 9. §. 1. D. h. t. §. Instit. 6. ubi. VVesemb. & D. n. 3.

90. Verum enim verò, cum pæna hæc desperationis esset plenissima, Ethnica quoque & Barbaræ: merito eliminata nostrisque receptis moribus, est: ut foemine, uiuæ sepeliantur: palo, ad cor adacto, perfodiantur: vel, cum inde etiam facile adigi ad desperationem queant, aqua suffocentur: aut gladio feriantur: (a) mares, candenti forcæ lacerati, ad supplicium prostrati rapiantur: roge deinde, membris infractis, imponantur (b) pari omnino seueritate, & in concepta quoque sceleri huius voluntate adhibenda: (c) nullaque in eo temporis ullius præscriptione admittenda. (d)

a) C. crim. N. c. 131. §. VVesemb. D. h. t. n. 5. b) Clar. d. loc. n. 5. VVesemb. Instit. b. §. 5. ad Schneidew. n. 3. c) l. 1. in fin. D. d. t. d) d. l. in fin. D. eod.

91. Verum autem pæna Parricidij ordinaria irroganda patri sit, qui filium aut propinquum, extrema meritis, sceleribusque capitalibus coopertum, infortunio mactat, ut domestico exemplo potius, quam publico, & sua potius, quam rerum capitalium vindicis, manu occubat, haud parum ambigitur? In quo quidem negantium nobis probatur opinio: secus, si absque causa, id agat.

VVesemb. D. ad L. Cornel. de sicar. n. 6. Schrader. in tr. F. p. 9. c. 3. n. 26.

92. An patrem exbannitum, etiam pro patria, impunè occidat filius non minus acriter controuertitur? Nos prius indistinctè, (a) posterius, unico prodicionis casu excepto, (b) negamus.

a) Vasq.

a) Vasq. 1. l. C. 49. n. 13. Clar. d. §. Homicidium n. 59. Gail. 2. de P. P. 10. n. 13. b) l. 35. D. de relig. &c. Zaf. de F. p. 7. n. 33. Sturc. ad l. 8. n. 19. & seqq. D. de R. l. Clar. d. §. Bodin. 1. de Repub. c. 4.

93. Transimus iam ad L. CORNEL. DE FALSIS, a Sylla, de Testamentis, & re Nummararia, lata: ne videlicet id, quod in rei veritate non est, pro vero, ex dolo, & certa quadam scientia, in fraudem alterius, venditur. (a) cui plurima SC. & Constituta, accesserunt: (b) usque adeo quidem, ut ex diuerso ipsius Legis, eiusdemque Interpretationis, usu, aliud verè FALSVM, quod L. aperte vindicatur, (c) aliud QVASI, quod ad exemplum Legis, ex SC. aliquo, vel Constitutione Principis, vel Interpretatione eorundem, plebitur. (d) haud immerito perhiberi queat: (d) que singula summatim persequemur.

Ad L. Cornel.
nel. de falsis.

a) Cuiac. in paratit C. b. Hostiens. & H. de Marsil. in Rubr. & ad l. 23. D. eod. tit. & l. 1. §. 1. D. de dol. mal. Nouel. 73. in pr. b) l. 1. D. de P. l. Paul. 5. S. 25. & l. 4. t. 7. l. 2. l. 30. D. d. tit. c) l. 1. §. fin. l. 27. in pr. & §. fin. D. eod. l. fin. u. quasi falsarios C. de prob. d. l. 15. cum l. seq. l. 20. & seq. D. h. t. d) d. l. fin. uerb. dictis. d. l. 1. in fin. d. l. 15. 21. & 23. e) d. l. 1. in fin. d. l. 23. Vvesenb. §. 7. n. 4. Instit. h. t. Cuiac. h. in. Parat. D. & C.

94. Committitur autem verè FALSI crimen tum, quando quis sciens, dolo malo, Testamentum surripit, supprimit, interlinat, resignat, subijcit, vel, alio quoquo modo, vitiat: (a) signum annulumue adulterinum eius rei gratia parat: (b) aut, ex capite L., de re Nummararia, monetam auream, argenteamue, radit, tingit, fingit, frangit, aut alio modo corrumptit & adulterat: (c) aut alias in Legem peccat, veritatem deprauat fallum insinuat, eoque ipso in iuriam alteri infert. (d)

a) l. 2. D. h. t. Cuiac. in parat. C. eod. b) l. 30. D. d. t. c) l. 8. & 9. D. eod. l. 1. D. de contrab. empt. tot. tit. C. de uet. numism. potest. Constitut.

Monetaria. Anni. 1559. d) l. 1. l. 29. & l. ult. D. h. t.

95. QVASI committitur delictum hoc, ex SC. Liboniano, in Testamentis, Instrumentis, Rationibus, si, uti desacet, ac par est, non administrantur: (a) & ex alio, sub eodem, quo illud, Cōsul. factu, in Testationibus, & Testimonijs, perperā cōceptis: (b) & ex alio, Cotta & Melsala Cōsulib. edito, in Aduocationibus, Testimonijs, Accusationibus, Delationib. (c) ut & ex

ut & ex alio, geminis Consulib. sancito, ad L. exemplum, is coer-
cetur, qui, ob testimonium ferendum, pretium accipit: (d)
hac tamen ubiq; obseruata cautela, scientia, & dolus malus, si
interueniant. (e)

a) d. l. 1. §. 1. l. 16. D. h. t. Cuiac. in Parat, C. eod. b) d. l. 1. in pr. §. l. 27.

c) d. l. 1. §. 1. eod. d) d. l. 1. d. §. 1. e) diximus, s. th. 93. lit. a.

96. QVASI FALSVM, itidem accusandū, & L. quoq;
exemplo, vindicandum, ex Constitutionib., est, si partum quis
alienum supponat: (a) mensuras & pondera, publicè probata,
(b) Edicta propòsita, (c) corrumpat aut vitiet: incertis Con-
stitutionib., aut vtatur ipse, (d) aut Edicta in vulgus falsa, Præ-
toris nomine, emittat: (e) Præiudi per acta, aut libelli interpellati,
onem obrepat: (f) priuilegia sibi ac titulos anterioris ordinis
arroget: (g) pro milite se falso gerat, insignijs utatur illicitis: (h)
femetipsum sibi adoptet, nomen immutet, vt alieni quid in-
tercipiat, alterum circumueniat: (i) unam eandemq; rem, duos
bus in solidum, diuersis contractibus, diem obligationis mē-
titus, uel vēdat uel oppignoret: (k) aut etiā iudicē corrūpat. (l)

a) l. 30. D. h. t. l. 1. C. eod. b) l. pen. §. 1. D. d. t. c) d. l. pen. in pr. d) l.

ult. D. eod. e) l. 25. D. d. t. f) l. 29. D. eod. g) Paul. s. S. 25. §. 11. & seq.

ibid. Cuiac. h) l. 27. §. fin. D. h. t. i) Paul. d. loc. l. falsi. D. h. t. l. unic.

C. d. mutat. nom. Clar. l. R. S. 5. §. Falsum n. 37. & seqq. k) l. 21. §.

1. l. 28. D. h. t. l) d. l. 21. §. 1.

97. Ad L. Cornelie, quò ad rem Nummariam, ca-
put, referimus quoq; D. Constanti: Constit., (a) Aur. Caroli
IV. Bullam, (b) Edicta, ac Proclamata Imperij Germanico
Romani, (c) ea de re, Procerum consensu, lata:

a) in l. 1. z. & fin. C. de fals. mon. b) tit. 10. de monet. c) que passim in
Recessib. Imperij & Constitutionib. sunt obuia.

98. Etsi enim nummorum Origo à iure Gentium,
materia certa electa, iustis ponderibus, qualitatibus ac valo-
ribus constitutis, dependeat: neuiquam tamen priuato cuius-
bet, sed publico saltē, ius illud tributum, & ab eo, cui Res illud
publica iniunxit, exercendum est: (a) quamuis, permissu Prin-
cipis, probam possit etiam priuatus impunè monetam eudere:
(b) modò in pondere eam, ac materia, non defraudet, aut ad-
dulteret: (c) imaginem vel inscriptionem eidem falsam imprin-
mat: (d)

mat: (d) aut alioquin iustos minimos Imperij radat, circumci-
dat, infringat, aut etiam ijs detrahat: (e) ut falsos, vel etiam
probos alios, inde conficiat: negotiandoq; in vulgus, sciens,
& dolo malo, spargat atq; disseminet. (f)

a) l. 1. D. de contrab. empt. tot. tit. C. de vet. numis. potest. d. C. Monet. An. 59. b) l. 1. C. de fals. mon. d. Constit. Monet. c. un. Que sint Regal. in V. F. ibid. Bercholt. n. 55. & seqq. Damhud. in P. C. c. 65. c) d. l. 1. C. & d. C. Monet. d) l. lege. D. h. t. e) l. 1. C. de vet. num. pot. d. Edict. Monet. f) Damhud. d. c. 56. & n. 9. ubi malè hæc Ad. Lesam Maiestatè refert.

99. Punitur Falsum regulariter quidem deportatione, cum honorum confiscatione, in liberis: (a) ubi tamen posterius hodiè cessat: (b) serui gladij supplicium luunt: (c) olim de saxo Falsarius deiecebatur. (d)

a) l. 1. §. fin. D. h. t. ibi. V. Vesenb. n. 12, l. transigere ibi Delrio, n. 145. & 146. C. de transact. ubi Dd. Damhud. d. loc. & c. 124. n. 7. §. 7. Instit. h. t. ibi Interpret. b) sec. auth. bona damnatorū. C. de bon. proscript. c) d. l. 1. §. fin. d) A. ab Alexandr. 6. Genial. Dier. 10.

100. Sunt tamen & certi quidam casus, in quibus pæna hæc exasperatur quodammodo. (a) Monetæ, namq; adulteratores pluribus modis vltimo afficiuntur supplicio. (b) Si enim scientes, doloq; malo, eam fecerint, adeoq; expenderit, igne extinguuntur: locus & domus perpetrati facinoris publicatur. (c) Radentes vero bonam mentem, vel eandem infringentes, inde, publica auctoritate, aliam ut eudant, pro condicione personarum & circumstantiarum, ex ludicis arbitrio, etiam morte, mulctantur: (d) quanquam in Gallia aqua feruente & ebulliente, enecentur, vel gladio plectantur: si Ciuitatis alie cuius æs deteriorauerint. (e)

a) l. 22. §. fin. D. h. t. b) l. 1, l. 2. & pen. C. eod. C. crim. N. art. 111. c) d. l. 1. & l. 2. d) d. Edict. Monet. an. 59. Damhud. d. c. 65. e) Clar. d. §. nostro. n. 38. per. l. 22. C. h. t. C. crim. N. art. 113.

101. Sed & partum peregrinum supponentibus, (a) falso Principis Rescripto, seu Diplomate, utentibus, (b) instrumenta immunitatis, aliarumq; rerum, vt & sigilla falsa, conficientibus, aut acta Rerum publ. seu Archiuos, comburentibus, (c) gladij præstituta pæna est. Cæteris casibus, hodiè pæna

K. prop e



propè est arbitraria effecta: ut ob falsas mensuras, & pondera
(d) falsum itidem testimonium: (e) licet Notarij, manus am-
putatione, si semel atq; iterum peccarint, aut relegatione, in
ordinem rectè redigantur: (f) in digniores, à quibus vel maxi-
mè abesse debet fallitas, grauius omninò animaduertatur. (g)

a) L. i. C. h. t. b) l. ubi ibi glos. C. eod. l. eos qui §. penult. D. h. t. c) l. 1,
ubi Br. D. de immun. non conced. VVesemb. Instit. h. ad Schneidew.
n. 10. d) l. penult. D. eod. VVesemb. d. §. Instit. n. 10. Damhud. d. tr.
c. 120. & seqq. e) VVesemb. Damhud. & Clar. dd. locis. f) Nouel. 17
& 42. l. 13. l. antè D. h. t. g) VVesemb. d. tit. in fin. Tiraq. de pan.
leg. temp. 31. n. 32. & seqq.

Ad L. Iul. 102.

Delictum etiam haud paruū, est VIS PVBLICA
de ui publ. & PRIVATA: quarum illa potissimum armis, hæc sine ar-
& priuata. mis, committitur (a) Ista, tum exercetur, quando, præter nec-
cessarium usum, iniussu Principis, arma coguntur: (b) sedi-
tionis excitandæ consilium inicitur: uetigalia noua extorquens-
tur: vetera augentur: (c) Hæc eo in fertur casu, quādo quis, hos
minibus conuocatis, verberibus malè mulctatur: (d) pignus
eidem, aut aliud quid, aufertur: (e) ager consitus noctu. exara-
tur: (f) de lite quis paciscitur: (g) aut deniq; antè ædes tumultu-
sus excitatur. (h)

a) §. 8, Instit. h. t. per. l. armorum cum. ibi not. D. de V. S. l. 1. & 2. &
l. extat. D. quod met. causa. l. 1. in pr. §. 1. l. 3. §. 1. & 2. D. de ui et ui
arm. l. 2. 3. 4. 5. pen. & ult. D. ad L. Iul. de ui priu. §. recuperandæ. In-
stit. de interdict. b) l. 1. & 2. D. h. t. Nouel. 85. de arm. d. 1. & seqq. C.
ut arm. usi & c. l. 11. c) l. fin. D. h. t. l. 2. ubi Salicet. C. nou. uetig. imp.
non poss. d) d. §. recuperandæ d. l. 2. D. h. t. e) l. 3. eod. f) VVesemb.
§. Instit. 8. h. t. ad Schneidew. n. 5. g) l. 6. D. eod. h) Br. in l. 1. §. ult.
D. ad L. Iul. de ui. publ.

103.

Nec tamen VIM PVBLICAM fieri tūm, ad-
mittimus: quando quis solus armatus alium uulnerat: (a) quā-
uis, si quis imperio & potestate abutatur, (b) tormenta, & cru-
ciatus corporis infligat maiores, (c) cum telo in publico am-
bulet, (d) incendium, tumultuoso in seditionis concursu, ex-
citet, (e) haud grauatè id concedamus: & verò idem in Famos-
is etiam Latronib; prædonib; pyratis, (f) agrorum depor-
pulatorib; & pacis Imperij publicæ violatorib;. (g) luben-
tes admittit

ita admittimus: adeo quidem, ut eos ultimas idcirco supplicio
vel Deportatione, pro admitti delicti modo, plecti, liberé as-
seueremus. (h)

e) Tesauro, Decis. 35. arg. l. 3. in pr. & §. fin. l. 5. in pr. l. qui dolo §. ha-
lege D. h. t. b) l. 7. l. ult. D. eod. c) l. 6. D. d. l. d) l. 3. ibid. e) l. 5. D. d. t.
f) l. 28. §. famosos, & §. grassatores, D. de pen. l. prouinciarum C.
de Ferijs. l. 3. §. Labeo scribit. D. de incend. ruin naufrag. Damhud. d.
tr. c. 102. C. crim. N. art. 126. & 137. g) l. 1. & 2. C. quana lic. unic. sin.
iud. & c. c. un. §. publici latrones, ibi gloss. & Da. de pac. tenend. &
eius uiolatorib. in V. F. l. denuntiamus C. de ijs, qui ad Eccles. confu-
ger h) Damhud. d. tr. c. 107. & seqq.

104. Publicæ vis pæna, ab initio erat aquæ & ignis
interdictio, (a) paulo post, deportatio, (b) annexa publicati-
one bonorum: (c) hodie verò in capitalem transijt: (d) ac in
auctoribus seditionis, crux est: (e) in alijs cõplicibus, gladius:
(f) vel, ex ordinat. Imperij Nouissima, fracte pacis publicæ,
Bannum, seu, uitæ, bonorum, necisq; proscriptio. (g) De priua-
ta damnatus vi, partem bonorum tertiam, per publicationem,
ex L. Iulia, amittit: & infamia notatus, omni honore, ex SC.
Volufiano, priuatur: (h) non rarò etiam carcere & relegatio-
ne punitur. i

a) l. 10. in fin. D. h. t. b) §. 8. D. h. t. c) VVesemb. ibid. ad Schneidew.
n. 3. l. 6. & 7. D. de interd. & releg. d) l. 4. in fin. l. pen. D. h. t. l. 8. C.
eod. e) l. 38. §. 2. D. de pen. f) l. 28. §. solent, D. eod. g) tit. 4. ibi Gail.
& Ord. Imper. Cam. p. 2. t. 9. Myns. o. 98. Cent. 1. & o. 78. Cent. 5.
h) d. h. §. Instit. 8. l. 1. & ult. D. h. t. i) VVesemb. d. loc.

105. Sed & atrox admodum crimen RAPTUS est: Ad L. Iul.
quod committitur tum, quando puellæ vel viduæ, violenter de Raptu
& domo parentum abducuntur: & in alium locum transferuntur:
eò fine, ut corrumpantur, vel vxorum loco habeantur: (a) cuius
sane pæna capitalis, & quidem, gladij est: (b) ijs, qui minist-
terium præbuerunt, cremandis: (c) quamuis olim, infuso in
os liquente plumbo, plecterentur. d

a) c. lex illa 36. q. 1. tit. de stupr. quand. commit. Vult. 1. l. R. 48. Mol-
lev. 3. Semestr. 7. b) l. un. in pr. C. h. t. C. crim. N. art. 118. & seq. d. §.
Instit. 8. u. sin autem l. 5. §. fin. D. ad L. Iul. de ui publ. quò, uiolenti-
K. 2. ratione,

ratione, crimen hoc potissimum spectat. c) d. l. un. C. §. fin. d) VVesenb. b. d. §. Instit. ad Schneidenw. n. 4.

106. Extenditur quoque pœna hæc ad eum, qui, blanditijs corruptam, & illecebris, verborumque lenocinis alijs persuasam, aut malis artibus inductam, volentem abducit: (a) quantum vis mitius quidam eum puniri velint: si vitro mulier consenserit: (b) stuprum verò insecutum non sit: (c) id quod æque & in Meretricibus, utpotè indignis, quæ LL. beneficijs ornentur, (d) & in ulieribus, viros rapientibus, (e) attendimus.

a) d. l. un. §. 2. u. nisi etenim. C. fac. l. 1. §. persuadere D. de seru. corrupt. l. 3. §. si quis uolentem. D. de lib. hom. exhib. l. cum qui. C. de Apost. l. 45. C. de Episcop. & Cleric. C. crim. N. d. art. 118. u. v. a n. gesehen. b) VVesenb. d. ad dit. ad Schneidenw. c) Clar. 5. R. S. §. Raptus n. 4. d) d. l. un. u. rapt. uirg. bon. Couar. 3. V. R. 14. n. 2. in fin. Menoch. 2. A. l. Q. c. 3. C. 291. n. 2. & seqq. l. que adulterium C. h. t. Clar. d. §. n. 5. Gail, 2. O. 48. in fin. e) Clar. d. §. n. 6.

Ad L. Iul.
de Sacrile-
gio, Pecula-
tu & Resti-
dus.

107. Sunt quoque Furta quedam publica, de quibus publicum L. Iulia constituit iudicium: (a) SACRILEGIUM, videlicet, PECVLATVS, & de RESIDVIS. Ac Sacrilegiū quidē est furtū rerū sacrarū, ædiūque religiosarū expilatio: (b) id quod a rei qualitate, non loco æstimatur: (c) & capitaliter extra ordinem, Iure Ciuili, (d) gladio, igne, vel laqueo, (e) punitur.

a) l. aut facta §. locus D. de pen. c. quisquis. §. 1. 17. q. 4. l. 1. 5. 9. in. pr. & §. 1. l. qui perforauerit. cum l. seq. D. h. t. Cuiac. 13. O. 9. l. 1. 2. & 3. C. de sacrileg. l. si quis hoc modo. C. de Episcop. & Cler. l. 1. l. ob pecuniam. D. de furt. b) d. l. aut facta. §. locus. & d. l. 9. & d. c. quisquis. Cicer. 2. de LL. d. l. si quis in hoc. l. 1. & seqq. C. h. t. c) l. 5. D. ad L. Iul. pecul. Cuiac. d. 13. O. 15. Menoch. 2. de. A. l. Q. c. 389. Dāhud. d. tr. c. 11. d) l. 9. in pr. D. h. t. e) l. 6. in pr. D. eod. C. crim. N. art. 172. & 175.

108. PECVLATVS crimen committunt, qui publicam, aut fiscī pecuniam, siue sacra ea, siue religiosa, aut profana sit, furantur, aut dolo intercipiunt: (a) quo, non tantum in P. Romanum, sed & alias Ciuitates, ac Municipia omnia, delinquitur. (b)

a) §. Instit. 9. l. 1. 4. 8. 9. §. 1. d. l. qui perforau. & l. seq. D. h. t. b) d. l. 4. §. fin. l. 83. D. de furt. & ad eam Alciat. 1. Dispunct. 3. d. §. Instit. 9

402. Huius

109. Huius criminis pœna, licet olim aquæ & ignis interdictio, aut, cum honorum publicatione, deportatio, (a) & solis Iudicibus, eorumq; ministris, administrationis tempore, non crediti quid intercipientibus, capitalis fuerit: (b) hodie tamen, cum et priuatæ rei furtum capite plectatur, ad quosuis ea vigorem suum extendit: (c) nisi tamen respubl., aut alius quis è populo, Ciuili experiri actione, & ad quadruplū agere malit: (d) vt & in re credita malè qui versantur, furti pœnæ subiacent. (e)

a) d. §. Instit. 9. l. 3. l. 15. §. Diuus. D. h. t. l. ita. C. eod. b) d. §. 9. l. un. C. h. t. VVesemb. h. D. n. ult. c) C. crim. N. art. 127. d) l. pen. D. h. t. e) d. C. crim. N. art. 170.

110. Eadem L., & de RESIDVIS cauetur: ut ij, qui pecuniam publicam, in usum aliquem destinatam aut delegatam, penes se detinent, nec in eum, sed priuatum, conuertunt, (a) in famia notentur, vltraq; relictū, tertiā, cū usuris, partem exoluant. (b) Rationes qui reticent, eos in duplum L. damnat (c) modo vtrinque pecuniam detineat solum, & post ultrō profiteantur: (d) secus, si perfide agant: quo casu, quin Furtum committant, extra controuersiam est: (e) quamuis mitius alio quantō puniendi sint. (f)

a) l. 2. l. 4. §. sed & qui lege. & §. lege. l. 9. §. fin. cum l. seq. & l. fin. D. h. t. l. cum eo. D. de P. l. hoc sermone. §. 1. l. cognoscere. ibi not. D. de V. S. b) l. rescripto. §. debitor. D. de mun. & honorib. l. 1. §. sed & qui. D. ad L. iul. pecul. Mys. Instit. h. t. §. 11. n. 13. l. fin. in fin. D. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. c) l. excellentia C. de erogat. milit. an non l. 12. d) Fab. d. §. Instit. 11. n. 3. e) C. crim. N. art. 170. f) VVesemb. d. §. Institit ad Schneid. in co. n. 5.

111. Tulit & Fabius Consul L. de PLAGIARIIS: qui homines liberos, & alienos seruos, interuertendæ libertatis iurisquē ergō, supprimūt: (a) inq; eos gladio animaduerti uoluit: (b) quæ tamē pœna, pro delicti modo, ex Iudicis arbitrio, mitigari aut exasperari potest: (c) cui & crimen illud, quod ex L. Vitellia, ad exemplum Plagij, vindicatur, annectimus. (d)

a) l. 1. & seq. D. h. t. Cuiac. in parat. C. eod. per l. 1. 2. 3. 6. & penult. §. 1. D. d. t. & l. 10. C. de furt. l. 12. de manumiss. l. 2. C. ubi de cri. agi oport. K. 3. b) ex L.

b) ex L. Diutina: Exd. 21. Deuter. 24. & h. t. D. h. t. Duar. 1. D. 200
c) §. 11. Instit. h. t. ubi Dd. Vult. d. loc. & tot. h. t. D. & C. d) l. unio
C. ad L. Vitelliam.

Ad L. Iul. de
Ambitu: ut
et Simonie
crimine.

112. Vindicatur quoque ex L. Iul. AMBITVS crimen: quo, suae diffidens virtuti, aut precibus eos ambit atque sollicitat, quorum suffragia, in honoribus deferendis, expectat: aut pecunia, eo nomine erogata, corrumpere studet: (a) cuius pæna Deportatio est, (b) & ex SC., 100 aureorum mulcta, cum nominis infamia: (c) quam ad municipia, quæ per suffragia Magistratus suos creabant, referimus: (d) præsentationibus, interim, & blandis honorum petitionibus, hac L. ne utiquam prohibitis: (e) maxime, cum & in affini huic, SIMONIAE, officia Ecclesiastica nundinantium, crimine, hæc ne utiquam attendantur: (f) etiam si & hoc, superiori modo, pretio officia redimendo, committentes, ab officio ipso iure suspendantur: (g)

a) Myns. d. §. Instit. u. n. 2. l. un. D. h. t. l. un. C. eod. b) d. l. un. ibi Cuiac. in paratit c) d. l. un. d) d. l. un. e) contr. Accurs. hic, arg. Epistol. Cicer. ad Q. Frat. quæ inscribitur, de petit. Consulat. & eorū, quæ tradit Anchoran. in Lexic. uerb. ambitus f) Paul. 1. ad Timoth. 3. u. 1. l. Barbarius. D. de offic. prætor g) tot. tit. è de Simon. Clar. d. l. S. 5. §. Symonia. n. 8.

Ad L. Iul.
Repetundar

113. Sanxit & Iul. Cæsar. REPETVNDARVM L: eaque cavit: ut ij, qui pecuniam, ob officium, gratis alioquin administrandum, acceperint: (a) vel Civiliter, quadrupli, tripli, aut dupli, restitutione mulctentur, (b) aut Criminaliter plectantur: quod quidem olim pæna capitali, (c) hodie verò exilio seu deportatione, (d) vindicatur: etiam si interdum quoque durior insequi pæna soleat (e)

a) l. 4. D. h. t. tot. tit. C. eod. ibid, Vvesenb. & Cuiac Nouel. 17. c. 1. Brisson. 16. de V, S, u, Repetundarumb) l. 1, & ult C, d. t. auth. nouo. C. de pen, iudic, qui mal, iudic c) Gell. l. 20. c. 1. d) l. 7. D. h. t. e) Vvesenb) d. §. Instit. ad Schneidew. n. 3.

114. Prohibita autem hac L. omnia munera videntur: nisi à coniunctis offerantur: (a) esculenta aut poculenta xenia sint: (b) pæna interim pecuniaria, cum infamia, qua quis instabilis, (c) infirmato omni cōtractu cū provincialibus, durate Imperio, inito, efficitur, (d) conjuncta, tam danti, quam accipienti

plenti, irroganda: (e) eaq; fisco, non parti, applicanda: (f) nisi
subditis iniquè extorta sit: ubi dimidium eius parti lætæ
cedit. (g)

a) l. 1. in fin. l. 7. §. 1. D. h. t. ibi Vvesenb. n. 3. b) ex l. 2. §. 3. D. de of-
fio. pro consul. l. 18. D. de offis. presid. c) l. 6. §. 1. D. h. t. l. 1. C. eod. ubi
Cuiac. in paratit D. l. pen. D. h. t. e) Azo ad Rubr C. h. t. d. §. Instit.
11, ubi Vvesenb. f) si criminaliter agatur l. 2. Et ult. in fin. D. h. t.
g) arg. l. 3. C. de Assessorib.

115. Crimen, ad extremum, FLAGELLATÆ ANNONÆ Ad L. Iud.
NONÆ, grauisimis olim coercitum fuisse pænis, constat: (a) de Annona
id quod in Retaliatores, Dardanarios, Monopolas, & hu-
ius farinae similes, præcipuè cadit: quorum insatiabili lucrandi
cupidine carior annona redditur: qui quidem olim pænam
pecuniariam seu multam incurrebant, (c) hodiè verò, extra
ordinem puniuntur. (d)

a) tot. h. t. D. & C. tradit. Mynj. d. §. Instit. 11. n. 6. & seqq. b) l. 1. &
tot. h. t. D. c) d. l. 1. & seqq. d) l. annonam D. de extraordin. Crim.

116. Visita breuiter ipsis delictis, iam ω ϵ $\tau\omega\tau\omega$, de pro De proge-
gressu & executione horum Iudiciorum, cognoscendum est. su & exec-
Pænam autem imponendi ius, Magistratus habent ij, penes cutione ho-
quos imperiū est. (a) Nam priuati nullū nocentem, nisi Ban- ram Iudici-
nitum, aut transfugam, interficere queunt. (b) Solus autem orum
Princeps semel irrogatam pænam revocat: (c) cum præsertim
publicè vel maxime inter sit, pænas non facillè remittit: ne ad
maleficia, temerario motu, designanda, immunitatis fiducia,
quæ spiam profiliat. (d)

a) Vvesenb. D. h. t. n. 5, per l. 2, §. 1, D. d. t. & l. 2. C. eod. b) Bl. in l.
addictos C. de Episcop. audient. & Dd. in l. 3. D. de iureiur. & l. 1. C. de
heredib. instit. & l. 3. in fin. cum seqq. D. h. t. c) per l. 15. C. eod. d) l.
14. ibid. l. 27. l. 31. D. eod. tit.

117. Animaduertunt autem Magistratus in noxios Qui, et quæ
omnes, delictorū capaces, absq; ullo sexus, aut conditionis dis- obrem pæ-
scrimine: (a) & quidē, ob facta, dicta, scripta, consilia, auxilia. niatur, aut
(b) Cogitationis tamē pænā nemo patitur. (c) cū sola volūtas, non puni-
in mente retent nihil prorsus operetur: (d) etiam si etiam co- antur.
natus & actus aliquis externus accesserit: (e) nisi verò proxi-
mus ille consumationi fuerit: ubi Iudicis arbitrio, extra ordinē
nisi L. grauiorem pænam exprimat, punitur. (f)

a) l. 26.

a) l. 26. D. h. t. l. 5. l. 12. §. ult. D. de accusat. & l. 3. D. ad l. iul. de ni
priu. l. 4. C. eod. l. 1. §. 2. D. ad L. Cornel. de sicar. b) l. 9. §. fin. l. 16.
in pr. D. h. t. ibi Vvesenb. n. 6. l. 11. §. 3. ibi. Br. D. de iniur. l. 34. D.
de furt. l. 3. D. de priu. del. c) l. 28. D. h. t. l. 1. §. 2. D. quod quisq; iur.
& c. l. 225. D. de V. S. c. cogitatio distinct. 1. d) d. l. 1. §. 2. e) l. 1. in. fin.
D. de extraord. crim. f) ut. l. 1. §. 3. D. ad L. Cornel. de sicar. l. 7. cum
duab. seqq. C. eod. l. 5. C. ad L. 1. Maiest. l. 5. C. de Episcop. & Cler
ric. Gail. 1. de P. P. 14. Mynsing. 3. O. 9.

118. Animalia verò bruta, quæ affectu delinquendi, &
dolo carènt, rarò puniuntur: (a) ut nec homines ex Asylis, si in ea
còfugerit, extrahuntur: aut, si omninò indè rapiatur, corporali
amplius pæna, sed pecuniaria, distinctis maleficijs, plectuntur:
(b) liberis, interim, & heredibus noxiorum, ab omni pæna immu
nibus: (c) præterquam in Læse Maiestat., & patriæ oppus
gnatæ, criminibus: (d) nisi tamen lis cum defuncto contesta
ta sit: ñ verò quid ex maleficio perceperint. (e)

a) tot. tit. D. & C. si quadrup. paup. sec. dic. c. mulier, 15. q. 1. b) Clar. 5.
R. S. §. fin. q. 30. c) l. 20. & 26. D. h. t. l. 22. C. eod. l. 6. D. de P. I.
d) l. pen. & ult. C. ad L. I. Maiest. l. 16. §. cum. D. h. t. e) l. 33. D. de
obl. & act. §. non a. Instit. de perpet. & temp. act. l. 4. D. de calum.
l. un. C. ex del. def. l. 111. D. de R. I. l. 23. §. 8. D. ad L. Aquil.

119. Partus verò, cum non pænæ, sed Reipubl. nascatur
(a) ideoq; nec mulier prægnans, intra 40, a partu, diem, pæna
affici potest: (b) ut nec absens indefensus damnari: (c) nec hone
stiores fustibus coerceri: (d) quibus illud addo: ut quis inedia,
verberibus, tormentis, vel virgis enecetur, aut de saxo præci
pitetur, vel stygmate notetur, carcere perpetuo detineatur,
negotietur, Collegio corporiue alicui addicatur, eas verò om
nes pœnas, Ius Ciuile neutiquam agnoscere: adhæc ludicem,
vel alium, qui iniuriandi procurat animo, quò quis in carcer
rem, vel locum contumeliosum alium, detrudatur, actione in
iuriarum omninò teneri. (1)

a) l. 1. §. 14. D. de uentr. in possess. mit. l. 2. D. de mort. infer. b) l. 3. D.
h. t. ibi. Vvesenb. n. 6. l. Imper. D. de stat. hom. c) l. 5. D. de pen. l. 1.
D. de requir. reis, d) l. 28. §. nò omnes. D. h. t. e) l. 8. §. 3. D. eod. l.
10. D. de interd. & releg. f) l. 25. D. h. t. g) l. si quis. C. eod. Myns
3. O. 46.

2. O. 46. b) d. l. 8. §. 7. & l. 35. l. aut damnum. §. 9. D. d. lit. d. l. 6. C.
eod. quod tamen & antè licuit: l. 28. §. 11. D. h. t. et hodie per Canones
admittitur: c. quamuis h. t. in 6. i) l. 9. §. 9. & seq. D. h. t. k) l. 19. C.
eod. licet ex Iustiniani lege, mulieres adulteræ in Monasterium detru-
dantur: qua de re s' th. 70. in lit. d. & ita damnari quispiam possit,
ne domo sua pedem efferat: l. 9. D. de Interdict. & releg. l) l. iniuris
arum. §. si quis iniuriam. ibi. Br. §. item Labeo. D. de iniur.

120. Plures, vnius delicti rei, omnes in solidum, siue
capitis ijs luenda pæna sit, siue pecuniaria, tenentur. (a) Vni-
uersitas tamen, quæ iure constat, si communi consensu delin-
quat, iure suo, legibus, priuilegijs, magistratibus, & iurisdic-
tione priuatur, ad aratrum dånatur: (b) quandoq; multitudo
veniam meretur. (c)

a) l. 21. §. 9 D. de furt. l. 51 §. 1. cum seq. l. 11. §. 4. D. ad L. Aquil. c.
prudentiam 21. u. teneatur de offic. & potest. de leg. l. 7. in fin. & l.
9. ibi Dd. D. de iurisd. per l. 15. §. 2. D. quod ui aut clam. b) Hotton
1. Q. 42. Bodin. 3. de Republ. 7. Gail. 2. O. 61. Myns. 4. O. 78. & seq.
c) c. commessationes distinct. 44. Cutac. in parat. C. de fedit in fin.
de quo etiam s'.

121. Id inprimis obseruandum iudicantibus est: cum
pænæ hodiè ferè ex arbitrio eorundem dependant: qui, secun-
dum varias delictorum circumstantias, pænas quoq; dispares
constituunt: ne aut durius quid, aut remissius, decernant, quã
causæ ratio deposcit aut exigit: (a) ideo rectius ut assequantur,
hallucinentur rarius, ideoq; causam, personam, locum, tem-
pus, qualitatem, quantitatem, & euentum cuiusq; rei, probè
expendant: (b) absq; quarum circumstantiarum accurata con-
sideratione, pænam, aliàs constitutam, remittere, vel extendere
commodè nequeunt. (c)

Quenã in
animaduer-
sionib. con-
sideranda
sint.

a) l. hodie l. respiciendum D. h. t. b) l. 5. l. 11. d. l. 16. in pr. D. eod. l. 6.
D. ad L. iul. pecul. c) l. 1. §. 4. D. ad SC. Turpil. l. 8. §. 2 C. ad L. iul.
de ui publ. l. 63. D. de furt. l. 15. D. ad municip. c. de causis de offic.
deleg. c. licet. h. t.

122. Ordinaria itaq; tùm infligenda pæna est: cum
consilio, & ex proposito, delinquitur: (a) nisi tamen euentus
tristior insequatur, quàm Reus sperarit: (b) sin ex culpa, etiam
lata, (c) casu: (d) aut ex aliqua alia iusta causa peccetur: lenien-
da ea,

da ea, vel omnino remittenda est: modo culpa casum non præ-
celsit. (e)

a) l. 5, § fin, l. 11, § pen, D. h. t. b) Bl. post. Cyn. in l. 6. C. ad L. I. de
ui publ. Dd. in l. uulgaris, §, si quis, D. de furt. c) l. 1. §, 1, & l. 7. D.
ad L. Cornel. de sicar. l. 1. D. de LL. d) d. l. 5, §. fin. & d. l. 11
D. de incend. ruin naufrag. e) Voltz. de sicar. c. 6. n. 47.

123. Sed & Personarum, tam agentium, quam patien-
tium, diligens habenda ratio est: sexus, (a) ætatis, (b) status, (c)
conditionis, (d) utrinque exacte observato discrimine: nec Loci
respectus negligendus: qui apprimè delicta discernit: facit, ut idē
vel Furtum, vel Sacrilegium sit: (e) quemadmodum & Tem-
pus, effractorem, vel furem diurnum, à nocturno distinguit:
(f) simul etiam efficit, ut eius, qui diutino tēpore in reatu fuit,
pæna subleuetur: (g) cū qualitatis interim ratione, tumultus
modicus à seditione, (h) quantitatē verò proba consideratis-
one, furtum ab abigeatu, (i) dexterè admodum dignoscatur:
Euentus alioquin pænam mitiget. (f)

a) l. 6, in pr. D. ad L. I. pecul. l. quisquis, §, 3, C. ad L. lul. Maiest. c.
6. in pr. de homicid. b) l. 16. §. persona Bl & Dd. in l. etsi C. ex
quib. caus. infam. & c. l. auxilium D. de minorib. l. ferè. ibi Dec. D. de
R. I. Tiraq. de pen. c. 7. c) l. 10. d. l. 16. §. persona d) d. l. 16. d. §. l. 28.
§. fin. & l. si quis aliquid. D. h. t. l. si rixa. §. ijdem rescripserunt. C.
de adult. §. atrox. Instit. de iniur. e) d. l. 16. §. locus. 4. & §. fin. Cui-
ac 13. O. 13. n. 19. d. §. atrox. 9. f) d. l. 16. §. tempus. 5. Cuiac. 11. O.
27. & 15. O. 31. g) l. 25. D. h. t. Tiraq. d. tr. c. 41. h) d. l. 16. §. qua-
litate. l. domus. & l. 4. ibi Fab. D. ad L. Cornel. de fals. i) d. l. 16.
§. quantitas f) d. l. 16. §. euentus. s' th. prox. preced. in lit. b.

124. Est & illud tenendum: coercitio extraordina-
ria ips quod indicatur, qui pænam pecuniariam, egentes, elu-
dunt: ut ita in corpore luant, cum in ære non habeant: (a) &
quandò leuior pæna, quàm aliàs LL. constituta, infligenda
est, tum nec Ordinariam, nec aliam corporis afflictivam, sed
pecuniariam saltem, relegationem, vel similem, imponendā:
(b) maxime, si in L. Municipali capitalis pænæ simpliciter
mentio fit: (c) pænam verò arbitrariam, non, nisi ex causa ur-
gentissima, ad mortem extendendam esse. (d)

a) l. 1. §. ult. D. h. t. Spec. han. 1. Q. 1. 40. Hottom. 1. Q. 26. b) H. de
Marsil.

Marfil. in l. 1. n. 61. D. de sicar. & C. 30. n. 35. per l. 38. §. 8. D. ad l.
l. de adult. l. 4. C. cod. d. l. 9. D. de incend. & c. c) gloss. in l. 1. C. ne
Christ. mancip. l. 32. l. pen. D. de pen. ibi Vvesenb. n. 2. l. semper
in dubijs D. de R. I. Myns. 2. O. 45. l. benignius cum l. seq. D. de LL.
l. in criminali. C. de iurisd. omn. iudic. d) Menoch. 1. A. 1. Q. 86.
Bl. in l. eisi post n. 1. Col. 7. D. si quis caut. & c. per l. 1. in u. tempo
rarij. D. de furib. balnear. & per l. 1. §. expilatores D. de effractorib.
& c. inquisitionis in pr. de accusat.

125. Sed & uita delinquentium antea acta, (a) merita ^{Quenam}
publica, (b) artificium infigne, (c) scandalum publicum, (d) ^{pena sō-}
confessio spontanea, suiq; oblatio & iudicatio, (e) paupertas, ^{les liberēt.}
(f) mutua compensatio, (g) praelumptiua, contra Reum, pro-
batio, (h) interdum excusat: ita quidem, ut de illis criminibus
absoluti si sint, accusatio replicari nequeat: (i) nec plures pæ-
næ, pro eodem irrogari delicti genere possint: (f) nisi graue id,
mixtiq; fori sit: in quo pæna, ab Ecclesiastico imposita Iudice,
Seculari non præiudicet. (l)

a) l. 5. in pr. D. de re milit. b) d. l. 5. §. ult. l. 2. §. 7. D. de O. I. c. 23.
q. 4. c) l. 31. D. h. t. d) l. qui cadem D. de sicar. e) l. 1. C. ne tut. uel cur-
vectig. & c. auth. nouo. c. de pen. iudic. & c. l. 13. §. fin. ibi Du. Go-
thofred. D. de re milit. f) l. illicitas. §. ult. D. de offic. præsid. g) l. 39.
D. sol. matrim. ubi Dd. gloss. & Br. in l. 1. §. 11. D. si. quadrup. & c.
h) fac. l. ult. ibi Dd. C. de probat. Panorm. & Felin in c. afferte. 2. per
illum text. de præsumpt. 1. as. in Rubr. C. de seru. fugit. n. 29. Boer.
Decis. 164. i) l. 7. §. 2. D. h. t. d. l. de his C. de accusat. §. l. 14. D. d. t.
l) c. felicitas. 5. ibi Canon. de pen. in 6. Bl. in l. placet n. 5. in fin.
C. de SS. Eccles.

126. Sententiæ, in Criminali causa latae, executio, pro- ^{Executio,}
tinus, (a) paucis quibusdam exceptis casibus, (b) suscipi, nec ^{quonã mo-}
appellatio, quæ iudicium elusorium reddit, admitti, (c) debet: ^{do mat urã}
quamuis alias quiuis de populo, recte iure communi appellet: ^{da: et, quid}
(d) & verò in Camer. Imper. a nullitate causæ criminalis idẽ ^{ea olim in}
concedatur, (e) Pluribus si quis condemnatus pænis sit, per ^{bon. damn.}
euniariæ omnes exigendæ: corporales, si compatibles sint, a ^{importarit:}
minori ad summam procedendum, sin minus, Iudici electio ^{qui l. & hõs}
relinquenda est. (f) ^{die iuris sit.}

a) per l. 18. D. h. t. b) de quib. Cuiac 20. O. 32. c) Clar d. l. 5. §. fin. ^{L. 2.}
L. 2. q. 96.

q. 96. n. 1. d) l. 6. C. de Episcop. aud. auth. hodie C. de appell. l. 6. D. cod. e) Mynsing. 4. O. 42. f) Clar. d. loc. q. 99. n. 9. & q. 85. n. 6.

127. Nec audiendus est damnatus, etiamsi quid pro salute Principis habere se asserat: (a) vel ad carnificis officium semet offerat: (b) ut nec mulieri, nuptias eius postulanti, concedendus: (c) nec effectus pænæ, quod reatum omnem tollit, ad eam etiam inchoatam, extendendus. (d)

a) l. 6. D. h. t. b) Dn Gothofred. ad l. 31. in pr. D. cod. c) Gomes, 3. V. R. 13. n. 37. d) Modyn in addit ad Dec. in l. favorabiliores. D. de R. I. Muscuru. de iuris d. n. 93.

128. Olim damnati, & pænæ servi efficiebantur: (a) & bona amittebant: (b) ideoq; nec contrahendi, (c) nec testamenti condendi, (d) potestatem, nec iura nuptiarum, (e) aliaq; Civium R: communia, (f) retinebant. Hodie, ex nullo delicto libertas amittitur: (g) bona etiam heredibus, certis casibus exceptis, cedunt: (h) id quod & in his, qui aut accusatorem corrumperunt, aut sibi met ipsis, conscientia sceleris, manus violentas intulerunt, ideoq; pro confessis habentur, obtinere asserimus. (i)

a) l. 17. & pass. D. h. t. b) Cuiac. in Parat C. de bon. damn. c) Dd, in l. post contractum. D. de donat. d) l. 13. §. 2, D. qui test. fac. poss. e) VVeseb. D. h. t. n. 9. f) l. 1. ubi Dd, C. de hered. instit. g) c. 8. Novel, 22. de nupt. VVeseb. d. loc. Mynsing. ad §. Instit. 3. Quib. mod. ius. patr. pot. solu. h) auth. bona damnatorum C. de bon. proscrip. iuncta Nou, 134. c. fin. i) l. 2. D. h. t. C. crim. N. c. 135. Schneidew. in §. Iuris præcepta. Instit. de I. & Iure.

De Sententiâ passis, et restitutis. 129. Sententiam passi, si in integrum rursus à Principe restituantur, omnia bona, & omnem pristinum statum recuperant. (a) Ad bona verò, intermedio tempore, alij tertio quaesita, & fructus inde perceptos, quod attinet: dominij iure consumpti, imminuti, bonaq; fide donati, exigi nequeunt: ut qui a bonæ fidei possessore non repetuntur: cum Principis beneficium, hoc casu, sine alterius iniuria, intelligendum sit: (b) qui verò adhuc supersunt fructus, licite cum ipsis bonis vindicantur. (c)

a) §. cum a. 15. Instit. Quomod. ius patr. pot. solu. ibi Mynsing & Schneidew. b) l. 2. & 5. C. h. t. l. 1. §. merito & §. si quid. in pr. D. ne quid. in loc. publ. c) ut com. tradunt Dd.

130. Scia

130. Sententia executioni iam mandata, cadauera pu- De Cada-
nitorum ad sepulturam cognatis neutrquam denegantur: (a) ueribus pu
nisi delictorum atrocitas aliud suadeat: (b) ut & Medicis ad nitorum.
Anatomiam exercendam licite conceduntur. (c)

a) tot. tit. D. de cadauerib. punit. b) Specthā. 1. Q. 9. § 85. c) Goe-
mes, 3. V. R. 14. n. 9. Clar. d. l. S. 5. §. fin. q. 100. n. 2.

Et hæc quidem, de Publicorum Iudiciorum Constituti-
one, Exercitio, eorum Generibus, Progressu, &
Executione, &c. dixisse sufficiat.

SOLI DEO LAUS ET GLORIA.

RRATA TYPOGRAPH. GRAVIORA, LECTOR.
ita emendabit.

In Th. 11, allegatis, lit f., leget, distinguitur. Th. 21, l. d., caueat. & in alleg
l. c. der. Th. 25, in al. l. d. addet. arg. eor. & in fin. lit. e. Th. 26, in al., l. c.
accus. bis leget. Th. 28, in al., l. a, Vult. 2. l. R. Th. 32, in l. d. licet Th. 33, in
pr. & ταντοις ω̄, iñe haud. Th. 35, in l. d. cōstitutionib. Th. 62, fin. diuidūtur
Th. 66, in l. d. intētata. Th. 70, al. in pr. l. in ficiādo. Th. 71, l. f., Proximorib.
aldet, reseruata, Th. 81, in l. b. post u, sentētia, leget. teneatur: P, idipsum de
lat. Th. 82, al. in fin. d) ant. l. circumcid. Th. 90, in l. c., sceleris Th. 177, in
l. d, retēta. Th. 119, post præcipitetur, reponet lit. (e) & post, singulis
membris, literas singulas, usq; ad (l).

Leuiores Sphalmata, pro candore suo,
facile restituet.

AD Nobiliss. pariter ac literatiss. Iuuenem, Ioannem
à Kötteritz, Iuniorem March., Respondentem

Publica quod tractas malefacta, simulq; tueris
Crimina, KOETRIZI, crimina numne probas?
Non equidem. Nec enim virtus, generisue præalti
Fert hoc nobilitas, nec tua facta sinūt.
Scilicet à vitij, recta formidine pænæ
Deterrere malos, hic labor vnus erat:

Tentare ingenij vires, & sciscere verum,
Sectari & melius, postera cura fuit.
Ergo age nunc mecum, Superi nū exorato Tonantem,
KOETRIZI, auxilio nos regat ipse suo.

Paulus Grassecius, V. I. D.

& Profess. P. Præses.

L. 3 GRA

GRATIARVM ACTIO,
AD PRÆSIDEM, ET COLLEGAS.

Dignum cum primis memoria, præceptum est illud religioſæ antiquitatis, quod & diligenter, omnibus temporibus, obseruari ut ij, qui sapientia clari olim illustresq; extiterunt; à Ioue principium, à Ioue finis erit. Constat enim, Platonem ipsum, Ethicis suis Disputationibus, pia vota miscere; Socratem, patet, Pana suum de votè alicubi compellare: ac rogare; largiri dignetur; quò & intus pulcher sit, & exteriora omnia, cum interioribus, suauè harmonia consentiant: pariq; quod aiunt, passu ambulent: id quod & de Pythagora notum est: quæ tamen omnia, longo post se istud interuallo relinquunt, quod Apostolus affirmat; sapientia si quis indiget, à Domino eam petat: dignum certè, cuius monitis & nos in præsentia obsecundemus. Gratiarum itaq; primum omnium, DEO, TER OPT. MAX., agimus singulares; quod tam hætenus clementer halcyonia, intempesta hac mundi in senecta, concessit; Collationem hanc nouissimam, & cum hac Collegium hoc nostrum totum, exitu tam fausto, donauit. Eundem quoq; submissè rogamus; etiam deinceps sancto suo nobis spiritu ut adsit; atq; efficiat: quò ipsi grata, Ecclesie, Reiq; publicæ salutaria, quocunq; & loco, & tempore, & discamus, & dicamus, & faciamus; exitu acta probemus. Habemus & Clariss. Consultissimog; Dn. Præsidi, Præceptoris nostro summè colendo, gratias longè maximas; quod, alijs negotijs serijs posthabitis, nostris commodis, opera sua, liberaliter inseruijt; nec etiam in maioribus, studium, consilium, fidem, auxilium suum, denegat; toti uicissim in eo, contentione summa, elaboraturi: ut quantulacunq; nostra officia & obsequia, prompta

Epist. Iac.
c. 1. v. 5.

prompta parataq; semper experiatur; gratos & memores nos
ubiq; sentiat. Vos autem, Collega iucundissimi, usum horum
exercitiorum non parum iam experti, progressu temporis plus
nisi eundem deprehenditis; neq; ullo unquam tempore, huius
vos consuetudinis antiquissimæ, inde à Parmenide nobis com-
mendatæ, atq; è Gymnasio Athenarum nobilissimo oriundæ,
sectatores atq; applausores fuisse, penitebit; eos verò minimè
omnium: qui maximum illi studium, præ reliquis, impende-
runt. Est, nimirum, studiorum horum veluti anima quedam,
συζήσις, communicatio, & collatio; memoriæ, (compendio
quedam eius utilitates ut complectar,) summè alit; mores ad
humanitatem inflectit; frenum Palladis aureum, consilij sani-
oris, in dubijs atq; ancipitibus controuersijs, animis procaciori-
bus, in iicit; Oratorem format: disserendi mirè artem exercet;
ingenium acuit, limat, expolit; celeritatem atq; dexteritatem
in LL. scētēijs, cū percipiēdis, tū explicādis parit; iudiciū de
rebus instruit grauissimis: veritatem, sua natura obscuram, in-
dagat, eruit, confirmat, illustrat: metum, in congressibus
atq; colloquijs vanum ac perniciosum, adimit; alacrem animū
addit; LL. deniq; præsidia, subministrat; ornamenta & copiā
earundem confert; alia, propè innumera, eaq; maximè insignia,
largitur; ut mirum non sit, si tuba alia, alio præcone indigeat.
Restat, ut audita hætenus, tractataq; diligenter repetamus,
Collegæ: teramus nocturna manu; uersemus diurna; eorundem
ductu, ceu Ariadneo Thesei filo, in LL. hoc intricato vastis-
simoq; Labyrintho, feliciter progrediamur, Minotaurum in eo
indomitum acerrimè præstigemus: difficultatibus, videlicet,
in mensis superatis, quibus multi hucusq; succumbunt, victores,
ouantes, triumphantesq;, lati euademus: propè sitaq; tandem
ab Imper. Iustiniano præmia, cum laude impetremus. Ego
res, Collega, in omni fortuna, quæ tandem cunq; sese mihi ob-
tulerit.

199
tulerit, amicé complecti pergam; neq; me à vobis, quibus non
me minus gratum acceptumq; esse sensi, ulla unquã fors auellat:
alia abstrahent: quæ multorum sæpè animos mutare, deq; gra-
du, quod aiunt, deicere solent; id quod de me vobis certo pol-
liceri certius potestis; ego sanctè in me, relligiosèq; recipio; si-
dentorq; mihi de vobis vicissim spondeo.

DIXI.

Ad Iuvenem, pluribus modis ornatiss. IOANNEM A
[KOETTERITZ, Marchiacum, amicum, popularem, ac fra-
trem, è pluribus carissimum.

An sic Cõtriti? tunè fausto omine tantum
Suscipis, ingenij dotibus ausus, opus?
Non tibi Nobilitas: non desunt nomina;
at arte,

Splendida sint quãvis, splendidiora facis;
Perplexos, dubij luris, dissolvere nexus
Dum iuvat, eloquio, nec sinè laude, tuo.
Testis Apollo, tot exultantia numina montis
Thespiadum, simul & testis hic ipse labor.
Indè etiam Elysijs, per prata virentia, campis,
Illa caterva tibi carmina pandit ovans.
Perge ita Cõtriti: Themis annuit alma: tibiq;
Cælesti pariter fomite Suada favet.
Sic poteris verè virtute extendere famam;
Stematis & verum verè aperire decus:
Perge, inquã nec ab hinc longũ, modò vita manebit
E studijs illis præmia multa feres.
Salve igitur, spem vince tuorum; cresce, viresce,
Per te olim patriæ gloria maior erit.

V Wolfgangus Theodorus
à Rocheu, March.

ULB Halle
004 486 080


3



KOM








Farbkarte #13

B.I.G.



IONES
 ONIS NOVIS
 LICIS IVDICIIS,
 nper. Concordantibusq;
 T. depromptæ,
 as,
 V. F. A.
 æsidio
 CONSULTISS. VIRI,
 V. I. D. & in Inchyta Argentor
 antecessoris ordinarij,
 tiendas proponit,
 OETTERITZ,
 archiacus.
 gò, Cohortatio ad Con-
 rurgendo studio, adhi-
 n actio, ad Collegas.
 de Finib.
 ehensiones non sunt uitus
 meliæ, tùm iracundæ con-
 q; in disputãdo, pertina
 phia videri solent.
 TORATI.
 OCVS MARTINVS
 XCVII.
 VIVO, D. Samueh Rpin,
 mine Stenoral. Brandeb.

M
 7
 1597
 71
 M

